


ACTA LITERARIA
SOCIETATIS
RHENO-TRAJECTINAE.

ACTA LITERARIA

SOCIETATIS

RHENO-TRAJECTINAE.

TOMUS TERTIUS.



LUGDUNI BATAVORUM
APUD S. & J. LUCHTMANS.
ET
TRAJECTI ad RHENUM
APUD B. WILD & J. ALTHEER.
MDCCCI.

INDEX

CAPITUM

TOM. III.

I. CHRISTOPHORI SAXI *Scholia Literario-Critica in L. A. Muratorii Novum Thesaurum Inscriptionum.* pag. 1—110.

II. VALENTINI SLOTHOUWER *Animadversiones Criticae in Veteres Auctores Classicos.* 111—193.

III. SAMUEL NYHOFF *Diatribe Critica in Livium.* 194—208.

IV. HERMANUS BOSSCHA *Societati Rheno Traiectinae S. P. D.* 209—210. *Symbola Critica in Propertium.* pag. 211—226.

V.

INDEX.

V. GERBRANDI BRUINING *Tractatus de Graecorum Aliorumque Populorum Originibus, Earumque Anteriore Termino Cataclysmo* pag. 227.
Syllabus Paragraphorum. 229—234.
Graecorum Aliorumque Populorum Origines, etc. 235—397.



CHRI-

CHRISTOPHORI SAXI
SCHOLIA
LITERARIO-CRITICA
IN
L. A. MURATORII
NOVUM THESAURUM INSCRIPTIONUM.

MISSVS TERTIVS.

Vna cum *ANALECTIS* quibusdam ad duo superiores MISSVS Tomi I. ex II.

Ad Pag. CXV. 1.

Immo Tom. XIX. Num. 217. ad A. 1695. p. 109. *Transact. Philosophic.* item Num. 218. p. 172. cum animadversionibus *Hallaei.* addantur Inscriptiones Palmyrenae, p. 2. n. 111. ed. *Traject.* nec non *Bernardi Scholia*, & *Smithi Notae* p. 17. & p. 42. Vidit quoque *Brunius*, (*J. Cornel. de Bruyn*,) in *Itinere Asiatico*, p. 349. & p. 357. quem ad h. l. vide. Descripta proprie haec Epigraphe est in templo Moslemio apud Tibam oppidum, Euphratem versus.

— 2. Certus *Herodoti* locus est V. c. 59. Recte quidem, vt ait *Muratorius*, *istarum* Inscriptionum *Specimen ex antiquis Scriptoribus*

huc inferre decrevi. Vtinam plures ex eiusmodi libris græcis latinisue data opera, exemplo, institutove *Morhofii*, *Bodelotii*, (in Addendis ad *Vtilitatem Itinerum*, Tom. I. p. 11.) *Sponii*, (in praefatione ad *Misc. Erud. Antiquit.*), *Buhierii*, (argumento Epistolæ ad *Maffeium*, in *Antiquit Galliæ*. p. 171=187. ed. *Veron.*) ipsiusque *Maffeii*, (in iisdem *Antiquitat. Gall.* Epist. 14. p. 74. & postea in *Artis Criticæ Lapidariæ* Libro II. c. I. & II. p. 11=50.) simul vera literarum antiquitate servata attulisset, quod tamen subinde neglectum est. Vt vero hic prætercam lectionis varietatem & coniecturas a *Valckenario* & *Wesselingio* ad hunc *Herodoti* locum p. 400. commemoratas, neu mendi, quod irrepsit, EAN· pro ΕΩΝ, vel vt malim EON, iam a *Buhierio* notati in *Hagenbuchii Ep. Ep.* p 20. & 25. meminerim: id saltem non inutile futurum fuisset, si Lectores docuisset Muratorius, quo pacto ad Cadmeanam scribendi rationem a *Buhierio* probabiliter excogitatam, p. 187. *Antiquit. Gall. Maffeii*, illud Elogium conformari potuerit.

CXVI. 1. 2. Inspiciatur *Pausaniæ Eliacorum prior.* c. X. & *Plutarchi Themistocles* p. 116. A. quorum vtriusque interpretis versionem metricam servare potuisset.

—— 3. Eodem modo melius fecisset, *Diodori Siculi* XI. 62. p. 451. Græcum Epigramma dare, collato simul *Aristidis* exemplo, p. 156. *Operum* Tomo II. ed. Jebb. quod solum novit *Wesselingius*, nesciens forte ad idem Epigramma provocari ab *Aristide*, in *Oratione de Paraphtegmate*, p. 380. Tom. II. quam susque de-

deque habita *Rhodomanni* interpretatione suam vitiis inquinare metricis voluit, vt queritur *Dorvilius* ad *Charitonem* p. 628.

—— 4. Bonum factum, *Johannem de Vita* in *Thesauro Antiquitatum Beneventanarum* Dissertat. II. c. I. p. 78. & in *Inscriptionibus Beneventanis* Cl. I. 16. eandem Epigraphen ex nostro repetiisse, supplesse, & illustrasse a p. 78=86. L. Aurelius Rufus Primopilaris idem esse videtur atque *Gruteri*, DXXXI. 4.

CXVII. 1. In aerea quadriga apud *Herodotum* V. 77. p. 411. aberrarunt haud dubie operæ, cum ΣΤΑΗΡΕΩΙ pro ΣΙΔΗΡΕΩΙ vers. 3. redderent. Eius quoque Epigrammatis initium recitavit *Aristides* loc. laudato, p. 380. Tom. II. oper. ed. *Iebb.* Quae vero ratio suberat, cur interpretatione *L. Vallae*, numeris vincta, non vteretur Muratorius?

—— 2. Arae Iovi sacrae ad thermas in vrbis Palmyræ Pomoerio occidentali, haec inscripta fuerunt: cuius tituli memoria est cum in *Transactionibus Philosophicis*, Vol. XIX. Num. 217. p. 103. & in adiectis adnotationibus *Hallaei*, Num. 218. p. 171. tum apud *Thom. Smithum*, in *Inscriptionibus Graecis Palmyrenorum* p. 4. n. VIII. *Cornelium de Bruyn*, in *Itinere Asiatico*, qui vidit, & descripsit, p. 346. *G. Cuperum*, in *Literis Criticis*, p. 433. tandem apud auctores Ruinarum Palmyrenæ vrbis, *The Ruin of Palmyra otherwise Tedmor in the Desart* &c. Londini 1753. fol. ad p. 25. n. VI. aliter distinctis versibus. quæ ipsæ *Marmorum Palmyrenorum* tabulæ exhibent.

ΜΕΛΕΤΗC: porro *Cuperus* in literis *Criticis* p. 438. suspicatur legendum esse ΑΙΡΕΘΕΙΣ ΕΠΙ ΤΑΣ ΠΗΓΑΣ, *Curator electus fontium a Deo Iaribolo. Smithus* in annotat. ad *Monumenta Palmyrena* p. 52. vult ΙΕΡΑΣ: *Nicasius*, ΕΥΧΑΣ. *Brunio* & *Marmorum Palmyrenorum* editoribus placet ΕΦΚΑΣ, id vocabulum nomen appellativum fontis esse censentibus, p. 26. qui etiam vers. 3. post ΙΑΡΙΒΩΛΟΥ inserunt ΤΟΥ. De nomine Dei incogniti ΙΑΡΙΒΩΛΟΥ, etsi in aliis Inscriptionibus Palmyrenis obvii, tanquam infra apud *Muratorium*, DLVIII. 1. quem nescio qua de causa noster mox in *Hiaribolum*, mox *Iarobolum* latine commutat, tot tamque variæ sunt Grammaticorum coniecturæ, velut *Eduardi Bernardi* in scholiis ad *Monumenta Palmyrena* p. 21. *Thomae Smithi* in *Annotationibus* p. 53. *Toinardi Renaudotii*, *Montefalconis*, *Nicasii* apud *Gisb. Cuperum*, in *Lettres de Critique*, p. 437. 438 441. in primis *Huetii*, & *Cuperi* in *Epistolis Amoebeis* ad hunc ipsum locum, (*Traduction* de diverses lettres latines sur d'anciennes Inscriptions trouvées en Orient,) in *Memoriis Trevoltinis*, 1703. Mai. Art. 92. p. 882. ed. Paris. quæ etiam Epistolæ leguntur in *Dissertations sur diverses Matieres*, Tom. II. p. 219. ed *Flor.* vt alicuius sententiae optio valde ardua sit Interim *Cuperus* in iisdem *Memoriis Trevoltinis* l. l. titulum sic latine reddidit: *Iovi Supremo maximo & propitio Bolanus filius zenobii, filii Aeranae, filii Mocimi, filii Mathae* in *curam salvam* (ΕΦ, ΚΑΣ) *calidi fontis electus a Iaribolo Deo aram proprio sumtu dedicavit A....* (ΛΟΥ) *CCCCLXXIIII. Mensis Hyper-*

perberetaei die (K) xx. — Plane similis occurrit titulus in *Marmorum Oxoniensium* editione optima *Ricardi Chandleri* p. 9. Num. XI: 2. quae in superioribus *Marmorum Arundelianorum* editionibus non reperitur.

—— 3. Vid. supra scholia mea ad III. 11. *Actorum Traiect.* Part. I. p. 21. 22. neque opus est plura addere.

—— 6. Iam cognita erat e *Gudianis*, LX. 3. vbi recte POSIT pro POSVIT, vti etiam apud *Maffeium* in *Museo Veronensi*, LXXXIV. 5. sic reperitur, qua forma eamdem ex *Vrsato*, *Marmi eruditi Lettera Prima* p. 7. eius ipsius exemplum POSVIT non imitatus, intra noster repetiit CXLII. 3.

CXVIII. 1. Corruptam dederat *Reinesius* I. 196. paulo emendatiorem *Gudius*, LXIV. 10. optime vero *Gorius*, *Inscript. Florent.* Tom. I. p. 101. n. 64. & Tom. III. p. 126. n. 131. qui in eiusdem quoque Tomi *Inscriptionum Appemdice* p. 271. opportune nos certiores fecit *Donium* versu 5 & 6. in ea scriptum reperisse ΕΞ ΕΠΙΤΑΓΜ· ΘΕΟΥ h. e. ἐξ ἐπιτάγματος Θεȣ̃.

—— 2. Cum ex Schedis *de la Condamine* mitteret *Bimardus*, haud dubie lucem iam viderat apud *Hesselium* in *Praefationis Appendice* ad *Gudium* Steil. 5. fol. 2. n. LXVII. & *Edm. Chishullum*, in *Antiquitatum Asiaticarum* rarissima illa Parte II. p. 2. postea literis quoque *Pocockii* in *Inscriptionibus*, p. 37. n. 33. & *Rich. Chandleri* in *Syllabo* & *Notis* ad *Inscriptiones antiquas*, p. V. ad num. XXXVI. custodita fuit. cui titulo tale praemisit argumentum

Chishullus: Attalus Priscus Archiater, & rei (quae nuper confiscata est) Antonianae curator. quod falsum esse mox indicabo. Vers. 1. in omnibus, quae vidi, exemplis, non ΑΤΛΟΝ legitur, sed . . . ΑΛΟΝ vnde *Chishullus* Ἄτταλον effinxit. Immo non tres duntaxat illae literae desiderantur, sed meo quidem iudicio integer mihi in principio versus aut defuit, aut describentium oculos effugit, Η ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ ΕΤΕΙΜΗΣΕΝ, inde enim accusandi casus pendet Ἄτταλον, eaque formula multis aliis praemittitur, tamquam apud *Hesselium* l. l. n. LXIII. qui *Muratorii* est CLXII. 1. & in hoc corpore Muratoriano DXLV. 1. 2. DXLVII. 5. tum rectius scribitur ap. *Chishullum:* Ἀσκληπειάδου Πρίσκον, quam per simplex ι. Ἀσκληπιάδου Πρίσκον, sic Ἀφροδειτης ap. eumdem *Hesselium* n. LXI. & *Murat.* CCXIX. 4. ΑΣΚΛΗΠΕΙΑΔΟΥ autem verum patris cognomen esse puto, non profecto professionis aut sectae, quasi pater fuerit vnus ex *Asclepiadeis*, h. e. Medicis, vt nimis late hoc accepit nomen *Reinesius* ad XI. 4 spurium quippe *Maffei* iudicio, lapidem in *Art Crit. Lapid.* p. 418. — vers. 2. φιλοσέβαστος non tam est *Augusti amator*, quam *devotus Augusto.* Quod adiuncti genus non statim post Octavianum Caesarem invaluit, sed tum demum receptum est, cum per vniversum orbem Augusti nomen vt divinum & sacrosanctum coleretur. Inprimis haec φιλοσεβάστου appellatio in Inscriptionibus aevi Traianei obvia est, tamquam ap. *Hesselium* n. LV. (*Murat.* CLXXXIV. 1.) LVII. (*Mur.*CCXXXII.3) LXII.(*Mur.*CCXXXIV, 1.)

1.) & LXIII. (*Mur.* CLXII. 1.) inde etiam φιλοσεβαστος βουλὴ, & φιλοσεβαστοι, homines illustres dicuntur. — verſ. 3. quis ſit Αρχιατρος διὰ γένους h. e. vt reddit *Chishullus*, *generis titulo*, vel vti hoc loco *Bimardus*: *ab origine*, non ſatis capio. Si per τὸ γενος intelligitur *natalium*, *adeoque hereditarium ius*, vt *Cuperus* in *Literis Criticis*, p. 550. prae ſe fert, fateor ſane talem mihi Archiatrum aeque monſtroſum videri atque *Provinciae*. Interim de Archiatris legatur *Fabrettus* ad IV. 279. p. 301. & *Oliverius* ad *Marmora Piſaurenſia*, LXIV. p. 152. 153. — verſ. 4. ΝΕΩΠΟΙΟΝ· Chishullus, Heſſelius, Schedae *Vechtianae* & *Egmondanae* ΝΕΟΠΟΙΟΝ, vti poſtea verſ. 7. B. νεοποιον, & νεοποιησαντα omnes praeter *Heſſelium*, vbi νοποιον, & νοποιησαντα aut operarum, aut deſcriptoris vitio. Νεωποιος, vel Νεοποιος, item Νεωποιησαι apud *Pollucem* I. *Onom.* Sect. 11. 14. nec non Ναοποιὸς apud *Ariſtotelem* I. Rhetor. c. XIV. p. 542. E. *oper.* non alia occurrunt niſi templi opificis ſignificatione; hoc loco autem pro aedili, ſ. templi curatore ſumitur, cuiusmodi magiſtratus proprie apud Graecos nullus fuit: Epheſii tamen ad exemplum Romanorum Aedilitium munus ſub Imperatoribus inſtituiſſe, atque Νεοποιους, vel Ναοποιους nomine inſigniviſſe videntur. Duumviros quoque, vti apud Romanos, Aediles creaſſe veriſimile eſt, ſiquidem hic Attalus laudatur Νεοποιος Μονος, hoc eſt, ſolus & ſine collega. Quid vero eſt illud verſ. 4. & 5. Ναοποιον μονον και πρὸς τὸ (leg. τον) τριτον, (ſubintellige ἐνιαυτὸν) *Aedilem ſine collega*, *& in Annum tertium?*

 quae

quae formula prorſus eſt inuſitata. Forte legendum: Μονον και πρωτον, τριτον Βȣλευτην, *Aedilem ſolum & primum, tertium Senatorem.* Sic etiam in *Monumento Ancyrano.* Tabula III. p. 132. ed. Gronov. *Primus & Solus* eadem pleonaſmi difficultate. Si autem Attalus ſolus & ſine collega Aedilis fuit, quomodo ΤΩ ΑΥΤΩ (inſerendum exemplo Chishulliano, & Heſſeliano, ΕΤΕΙ,) dici poteſt Νεοποιησαντα συν τῷ Αδελφῷ? Cf. hic *Cuperus* in Literis Criticis, p. 551. qui in alia omnia abit. Porro verſ. 9. omiſſa ſunt verba, quae habet *Chishullus*, & *Heſſelius:* ΔΟΝΤΑ ΣΥΝ ΤΩ ΑΔΕΛΦΩ ʽΥΠὲρ ΕΠΙΜΕΛΕΙΑΣ rel. *dantem vna cum fratre ob curam rei Antonianae pro patre Aſclepiade myriadas duas cum dimidia*, quae rurſus non intelligo. Cur enim Attalus ob curam rei Antonianae potius, quam Aedilitatis ſuae cauſa quas habebat duas cum dimidia Myriadas dedit, & quidem pro patre Aſclepiade? tum quod dederint ὑπὲρ τε τȣ̃ πατρός καὶ ἀυτῶν (non ΑΥΤΗΣ, vt exhibet *Muratorius*) ὀικοδεσποσύνης, *ratione*, vt vertit *Chishullus*, & *paterni & proprii ipſorum peculii?* cui vero dederint, aut quos in vſus non ſignificatur. Verſ. 10. ΤΗΣ ΑΝΤΩΝΙΝΙΑΝΗΣ ΟΥΣΙΑΣ. quae verba plane corrupta ſunt, adeoque etiam falſa *Bimardi* interpretatio: *propter ſacrum pro ſalute Imperatoris Antonini ſuſceptum.* Immo vero legendum: της Αντωνιανης ʼΟυσιας, conſtanti *Chishulli*, *Heſſelii*, & Schedarum exemplo, h. e. vt *Chishullus* vertit, *ob curam rei Antonianae*, cuius rei *Antonianae* mentione motus *Chishullus* hunc lapidem refert ad tempo-

pora profligati ad Actium *Antonii* Triumviri, neque huic opinioni obstare censet literarum Ε. C. Ω formam, quam illis temporibus aequalem esse numo *Thesauri Britannici Haymiani* approbare conatur. quod argumentum mihi nondum omni exceptione maius esse videtur. Ille enim numus posteriori aetate recudi potuit, neque idem semper in numis, atque in lapidum titulis, vti etiam in diversis regionibus, literarum χαρακτηρ esse solet. Immo vero quoniam in hoc titulo, & in maxima harum Inscriptionum posterioris aetatis parte Ιωτα subscriptum non reperitur, saltem raro occurrit, quod tamen Ephesios tempore Augusti non praeteriisse docent eximiae Inscriptiones apud *Hesselium* LXI. (*Murat.* CCXIX. 4.) & *Chishullum, Antiqu. Asiat.* Part. II. n. XIII. p. II. existimaverim omnino primum, illa *Strabonis* verba cuiusdam Grammatici Glossema mihi videri, ab imperito quodam Antiquario i. e. descriptore, textui intrusum, deinde Αντωνιανῆς ὀσίας mentionem nos non cogere, vt credamus, ad tempora victoriae Actiacae hoc marmor esse referendum. Quaenam enim M. Antonii Triumviri ὀσίας ἐπιμέλεια esse poterat? Immo per hanc intelligo curam bonorum *Antoniae Iulianae*, M. Antonii Vari filiae, cuius meminit titulus Ephesinus, apud *Hesselium*, n. LXIII. (*Murat.* CLXII. 1.) adeoque hunc titulum non Augustei, sed Hadrianei alligarerim principatus tempori. Ceterum *Cuperus* in *Literis Criticis* p. 551. chorda aberravit, cum nescio quem *Antoninorum Augustorum* fiscum sumeret.—vers. 17. Την τιμην αναστησαντος τῦ πατρος. male red-

ditum est latine a *Chishullo: honorem ei curante patre*, & a *Bimardo: honoris titulum erigente.* Immo *statuam eius ponente patre.* Tales sunt Αναθηματικαι καὶ ἔγγραπτοι τιμαι apud *Polybium*, in *Excerptis Peirescianis*, p. 133. ad quem locum v. *Valesius* in *Annotat*. p. 24. — vers. 20. Επι αρχη Σκεπτυχου; Ita etiam legit Hesselius. Verum *Chishullus* exhibet Ἐπι Αρχισκηπτυχου· vbi *ne forte*, inquit, *nesciatur, quid esset Ephesiorum ille* Αρχισκηπτουχος *cautum est a diligentissimo Strabone initio LXIV.* Respicit sine dubio ad locum p. 938. B. ed. Almel. vbi auctor est *Srabo*, Ephesi conditorem fuisse *Androclum*, *Codri* regis filium, ex eaque progenie ortos suo adhuc tempore βασιλεας appellari, & habere quosdam honores, tamquam προεδρίαν in ludis, purpuram, scipionem loco sceptri, & sacra Cereris Eleusiniae: Βασιλεῖς igitur dicti fuerunt non Σκηπτυχοι, multo minus Αρχισκηπτυχοι. Alio tamen loco in Bosporanis memorat *Strabo* Σκηπτυχυς magistratus, qui ipsi regibus & tyrannis paruerunt, XI. p. 759. B. inde Σκηπτυχίαι provinciae, ap. eumdem *Strabonem* XI. p. 762. C. sed Αρχισκηπτυχον nusquam inveni. Magis igitur placet *Hesseliana* & Muratoriani exempli lectio, ἐπὶ vel ἐπ' Ἀρχῆ Σκηπτυχυ Ερμιππυ· addatur hic observatio *Cuperi* in *Literis Criticis*, p 551.

CXIX. 1. Accurate depictus lapis est in Tabulis *Ghezzio Rossianis*, tab. XXXI. n. 1. vbi vers. 3. non CORNIE sed CORNIF. legitur. Cl. *Iac. de Rhoer* suspicatur incisum esse CORNIC. vnde *Cornicinum* effici posse censet in *Otio Daventriensi* c. XVI. p. 115.

CO-

ceterum in his, inquiens, *& in ceteris huius monumenti tantum tenebrarum, vt me expedire nullo modo possim.* Tentabo, an tenebras dispellere possim. Sic autem interpretor: *Tiberius Claudius Divi Claudii Libertus Actius Honoratus Curatar Germanorum & Aeditus* antique pro *Aedituus Dianae Cornificiae, Collegio Magno Tribunorum Divae Augustae Triclam cum columnis & Mensis & Maceria sua Pecunia Dedit Donauit. Honoratus* sitne secundum cognomen, an cum Curatore necti debeat, non admodum liquet. Vtrumque certe tolerari potest, alteriusque sententiae exemplum offert *Honoratus Decurio*, ap. *Gruter.* CCCXXX. 2. & *Honoratus ad curam Kalendarii*, *Grut.* CDXLIV. 5. *Germanorum*, quibus iam tum corporis sui satellitibus frequenter vsi sunt Caesares. *Diana Cornificia* mihi dicta esse videtur a gente Cornificia. *Collegio Magno Tribunorum* i. e. in gratiam Collegii Magni Tribunorum qui Tribuni iidem fortassis sunt, qui passim comites & ministri diversarum rerum. Sic *Tyrannus verna decuriae tertiae Tribunorum Augusti* apud nostrum, CMXVIII. 1. vbi tamen rursus TRIB. nulla, vt reor, necessitate mutatur in LIB. Cetera intellectu facilia. Per *Triclam* recte *Muratorius* intellexit Triclinium, idque conclavis genus instruendum curavit ille Claudius columnis, h. e. porticu, mensis, & *maceria*, in muri quippe formam ordinata lapidum congerie. Haec cum scripsissem, casu incido in *Ioh. Poleni Praefationem* ad Tomum III. *Novi Supplementi Thesauri Graeviani & Gronoviani* p. XIII.

vbi

vbi vir fubliliter doctus putat, *Honoratum no-ftrum fuiffe cuftodem alicuius aediculae pertinentis ad gentem Cornificiam quam Dianae confecraffent.* — verf. 4. TRICLAM fcriptam effe docet TRICHILAM h. e. Trichilam, quam ab Italis fuis ait dici *Pergola*. p. XIV. De *trichilis* ftructis in caftris, hoc eft vmbraculis luxuriofis, pro quibus fuerunt, qui mallent apud *Caefarem* III. *Bell. Civ.* 96. *triclinia*, optime differuit *Oudendorpius*, ad h. l. Si *Trichila* eadem videri poffit atque *Pergula*, eam vocem habet titulus antiquus apud *Sponium*, in *Rei antiquariae felectis quaeftionibus*, five *Recherches curieufes d'Antiquité*, Differtat. XXIII. p. 326. vel p. 541. Tomi IV. *Thefauri Poleniani*, qui iam extat apud eumdem *Sponium*, II. *Mifc.* p. 52. ea eft proprie pars aedium extra parietes porrecta, in qua etiam veteres pictas tabulas venum expofitas collocabant. Cuiusmodi etiam pergulae, vbi epularentur, iuxta vel extra aedes Deorum fuiffe videntur.

— 2 *Eliacorum priori* c. XX. p. 428. ed. *Kuhn.* vnde quae hic irrepferunt vitia ΟΙΝΟΜΑΥ pro ΟΙΝΟΜΑΟΥ, quem nefcio cur *Muratorius Cleonimi* verterit, & ΚΡΟΝΙΔΙΗΝ pro ΚΡΟΝΙΔΗΝ corrigi debent.

— 3. Ex eodem *Eliacorum* priori, c. XXIII. p. 438. vbi recte legitur ΚΛΕΙΤΟΡΙΟΙ, Clitorii artifices a *Clitore*, vel *Clitorio*, Arcadiae oppido fic appellati.

CXX. 1. *Mutio Phoebonio*, *Hiftor. Marforum* L. I. c. VIII. p. 25. Tom. IX. Part. IV. *Thefaur. Italiae.*

— 2.

—— 2. e *Phocicis*, S L. X. c. 21. p. 849. Κυδίκ nominandi casus est Κυδίας, male in Indice Nominum graecorum Κυδιος, vt recte iam adnotavit *Hagenbuchius*, in *Epist. Epigr.* p. 154.

—— 3. De *Herodoti malignitate*, p. 870. F. Emendetur ΑΠΟΔΥΣΑΜΕΝΩΝ & ΑΝΕΘΕΝΤΟ. vid. *Reiskii Antholog. Graec.* n 468. p. 28.

CXXI. 1. Quod *Simonidis* Epigramma est ex eodem Libro de *Herodoti malignitate*, p. 871. B. vnde haud dubie migravit in corpus *Anthologiae Graecae*. v. Epigrammatum Graecorum Syllogen, in calce p. 17. ed *Brod.* non vna tamen ibi lectionis varietas.

—— 2. Dudum iam eius meminerat *Gudius*, LXV. 10 existimaveratque mutilum esse nomen EROS, supplendumque *Phil*EROS, vel *Sijn*EROS, suffragante ipsi *Blasio Caryophilo*, de *Veterum Clypeis*. p. 86.

—— 4. Cognomen *Safabuli* mihi valde displicet, quamquam in indice Nominum adoptatum a Muratorio, Dirimenda vox est legendumque SA. h. e. Sabatina tribu, FABVLVS.

—— 5. Nonne meminisse poterat, ante aliquot folia, scilicet LXXXV. 8. iam hunc nunciatum fuisse Titulum.

—— 6. Eius *Marmor. Pisaurensibus*. VII. p. 3. qui Siglas P. SER. verisimiliter explicat *Procurator Servus*.

—— 7. Cur e schedis *Scarmagli?* cum & supra ex *Vignolii inscriptionibus*, ipse LXX. 8. dederit, & *Bonannus* in *Museo Kircheriano* Clasf. II. p. 63. luce publica donaverit.

—— 8.

— 8. Eumdem titulum repetiit *Maffeius* in *Muſ. Veron.* CCXCIV. 1. vbi *T. Flaminius Ariſtion.* & *Donat. Supplem.* XXI 4.

— 9. Deſcriptum Epigramma eſt ex *Plutarchi de malignitate Homeri* libello, p. 873. B. quod quidem etiam legitur apud eumdem in *Ariſtide*, p. 330. F. ſed primo deſtitutum Pentametro. Idem extat in *Anthologia Graeca* L. VI. p. 572. ed. Brod. verum inſigni cum varietate lectionis, & *Simonidis* ſub nomine. Cf. hic *Dorvilius* ad *Charitonem*, p. 629. qui neſciiſſe videtur, *Muratorium* quoque in ſuum tranſtuliſſe corpus.

CXXII. 1. rectiſſime ſe habet haec tituli forma, vniceque vera, quae alibi cum a *Donio* II. 51. tum a noſtro CDLXXVI. 10. corrupte relata, ſenſu bono caret. Cuiuſmodi enim, quaeſo, lacus in re ſacra eſt, quem quis impenſa ſua factum dare & donare poſſit. Attamen idem hic, ſive *L.* ſive *T. Granius Lacum impenſa ſua factum* dediſſe donaſſe dicitur apud *Donium* I. 29. & *Murat.* CXLIV. 2. quem lacum ibi Muratorius interpretatur vas luſtrale. Vel ſic tamen eiuſmodi vaſa ſive περιῤῥαντήρια tantae non videntur fuiſſe magnitudinis, vt lacus nomen mererent. Immo ſanum eſt CERIOLARIVM, vel CEREOLARIVM, quae vox etſi in libris veteribus non inveniatur, niſi in Gloſſis, tamen lapidibus literatis nota, interpretibus Gorio ad Don. II. 1. Muratorio ad XX. 3. & *Maffeio* in *Muſeo Veronenſi* LXXXIV. indicat *candelabrum* a cereis, i. e. lychnis ſic appellatum.

— 2.

—— 2. Si vera lectio *Donii* I. 68. non vnus fuit Duumvir, qui probaret, non *M. Granius Sexti F. Lollius*, sed *M. Granius*, & *Sextus Lollius*, *Duumviri Quinquennales* PROBAR. *unt.*

—— 4. Eius memoria, quod vulgo ignoratur, iam extitit ap. *P. Apianum* in *Inscriptionibus SS. Vetustatis*, p. CCCCXCV.

—— 5. In X. *Oratorum Vitis*. p. 839. B. vers. 2. legi debet ZHNI. neque verba ΘΕΟΥΣ aut ΓΟΝΕΩΝ eodem multitudinis numero reddi latine debuerant, vt pulchre animadvertit *Dorvilius* ad *Charitonem*, p. 314.

—— 6. *Terpsichore* s. L. V. c. 61. p. 400. ed. Wessel. it. in Antholog. Graeca, p. 13. Brod. corrigendum ΠΕΡΙΚΑΛΛΕς vers. 2.

CXXIII. 1. *Verona illustrata*. Part. IV. p. 76. 77. quam postea idem repetiit in *Museo Veronensi*, CXXV. 5. Mirum est neutrubi adnotatum, dudum iam in *Gruterianis* XXXIX. 6. lectam Epigraphen Maffeo fuisse. Addatur *Breval Remarks on several Parts of Europe*, Tom. II. p. 125.

— 3. Inutile erat mutilam referre, quae diu ante integrior & emendatior lucem viderat ap. *Gruterum*. XLIII. 10. ex *Apiano* CLXIX.

— 4. Vid. ad LXIX. 12.

—— 5. *Eliac. priori*, c. 27. p. 450. leg. vers. 2. ΒΙΑΣΣΑΜΕΝΟΙ.

CXXIV. 1. Eumdem iam titulum dudum occupavit *Reines*. II. 62. memoratu dignum & plenum verecundiae est ΕΠοιων pro εποιησαν. de quo *Cuperus* in *Apotheosi Homerica* p. 134.

—— 2. In *Atticis*. c. XIII. p. 31. Kuhn. &

& in *Anthologiae Graecae* calce p. 10. edi Brod. vnde iam decerpserat *Fleetwoot* p. 22. 1. — versu 1. & 2 recte non Ἄιδι sed Ἄδι, legens. respicitur enim ad σκῦλα, spolia. vers. 3. non ὄρφανα, sed ἄρφανα nullum tamen apud Graecos vocabulum exhibens, vnde verisimiliter ἄφνεα σκῦλα, *spolia opima*, inscripta esse suspicatur. Cur interpres Pausaniae latinus in Carminibus veteribus apud *Bonadam*, quem vide, p. 65. ὀρφανὰ reddiderit per *cruenta*, rationem fateor me non intelligere: vulgarem lectionem retinuit *Donatus* in *Supplemento*. LXIII. 4.

— 3. E *Septem* eius *Asiae Ecclesiarum Notitia* p. 50. v. *Periculum* meum. Habuit quoque *Chishullus* in *Antiquitatum Asiaticarum* Parte altera, n. IX. p. 8. Horum nemo vers. 4. ΠΟΜΠΟΝΙΟΣ sed ΠΟΜΠΩΝΙΟΣ. neque vers. 8. ΤΟΥ ante ΑΥΚΙΩ ab vllo illatum. in fine suppleo ΧΑΡιδήμου υἱοῦ. quoniam supra etiam vers. 2. ΥΙΟΥ additur. *Pomponius* enim homo Romanus Latinorum formula vsus est.

CXXV. 1. Haud dubie ex eius *Historia di Terni, Romae*, 1646. 4. quae in *Doniano* quoque corpore legitur II. 8. ad quem locum vid. *Gorius*.

— 4. Emendatiorem *Gruteriana* dedit *Bimardus* ex Diatribe *Mahudeliana: Explication de quelques Inscriptions singulieres trouvées a Langres*. v. *Histor. Acad. Reg. Inscription.* Tom. IX. p. 144. quam velim lautasset.

— 5. Hic *Democrates* dicitur vers. 6. singulari vocabulo Graeco Ἐνωμοτάρχης, qui non simpliciter dux reddi debebat, sed Praefectus Ἐνωμοτίας, i. e. turmis sacramenti lege ob-

strictae

strictis, qui Spartanis quidem proprii erant, sed Tarentinis quoque in vsu fuisse videntur. Legatur *Nic. Cragius de Republica Lacedaemoniorum* L. IV. c. IV. p. m. 405.

— 6. p. m. 1141. A. quam non excerpsisset *Muratorius*, si iam a *Reinesio* recognitam et bene illustratam novisset.

— 7. *Donio* V. 175.

CXXVI. 2. Ex *Benedicto Ramberto* quoque se habere scribit *Donius*, II. 7. cui tamen ibi deficiunt nonnulla.

— 3. In vrna fuit rotunda marmorea, auctore *Montefalcone*, quem hic antestatur, (*Antiqu. explic. & Schem. illustrat.* Tom. V. L. II. c. VI. p. 59.) dubitat hic *Deo Libero*, an *Deo Lari* data donata fuerit vrna. Supra vero XLI. 1 vbi eadem iam relata erat, Deo *Libero* assignatur.

— 4. Elegans hoc Epigramma non modo legitur apud *Pausaniam*, in *Attic.* c. XIII. p. 31. sed etiam ap. *Plutarchum*, in *Pyrrho*, p. 400. D. & in *Anthologia Graeca* 453. vnde *Fleetwoodus*, p. 22. 1.— Vers. 2. metrum postulat, vt legamus ΕΚΡΕΜΑΣΕΝ. Sic etiam in *Plutarchi* exemplis.

CXXVII. 1. Non leve sane incuriae suae argumentum praebuit noster *Muratorius*, cum diu ante a *Grutero* I. 6. ex *Apiano* (CXII. 5.) & secundum hunc a *Fleetwoodo*, p. 2. n. 5. integrius datam e *Capacio*, *Antiqu. & Histor. Neapolitan.* c. XV. p. 126. *Thes. Ital.* Tom. IX. Part. II. vitiose referret.

— 2. In X. *Oratorum vitis* p. 838. D.

ΘΕΑΙΣ. i. e. Cereri & Proserpinae vt, recte animadvertit *Dorvilius*, ad *Charitonem* p 314.

—— 3. In vita *Flaminii*, p. 376. B. corrige ΓΕΓΑΘΟΤΕΣ pro ΓΕΓΑΓΟΓΕΣ.

—— 4. *Itin. Dalmatiae Graecae & Asiae* Tom II. L. III. p. 541. quae etiam legitur apud *Spon. Itin.* Tom. II. p. 487.

CXXVIII. 1. In *T. Q. Flaminio* p. 376. c.

—— 2. *Voyage dans la Grece, l'Asie Mineure*, Tom. I. p. 408. n. 60. omissum vers. 2. ΟΛΟΝ post ΝΑΟΝ

—— 4. *De diis Aquileiensibus* n. XIII. p. 318. *Monumentor. Veteris Antii*, Non vero ait Aquileiae extare, sed Foroiulii, in hortis olim Venustorum, quam etiam, sed corruptiorem offert *Basilius Zancarolus Cydonius*, in *Antiquitatibus civitatis Foriiulii*, L. I. p. 38. Tom. VI. Part. IV. *Thes Ital.*

—— 5. Vide quae scripsi supra, ad CX. 11. p. 285. s. Tom. II. Actor.

—— 7. Eiusque *Tabulis* s. *Inscriptionibus antiquis Siciliae & adiacentium regionum*, p. 875. n. 365. Tom. VII. *Thes. Sic.* vbi vers. 3. STATVENDVMQ. et vers. 4. DCCLXX. non DCCCLXX. in Indice deest Muratoriano *Helvia Q. Orbia.* Non condonarem nostro huius tituli, iam apud *Gruterum*, XCVII. 8. obvii, repetitionem, nisi initio versus 1. verisimilius *L. Vidii Urbii* nomen exhibuisset. Interim *Gabriel Barrius*, in *Antiquit. Calabriae* L. II. p. 59. Tom. IX. Part. V. *Thes. Ital.* legit L. VID. VIR.

CXXIX.

CXXIX. 1. *Histor. Genealogic. reg. domus Sabaudiae*, Tom. I. p. 39.

—— *Inscript. Florentin.* Tom. I p. 52. CVII. Veteris auctoritatis esse negat *Maffei*, in Art. Crit. lapid. III. 111. p. 230. a cuius iudicio dissentire videtur *Donatus* ad illum loc.

—— 4. *Tabulis*que eius antiquis p. 134. Num. 61. *Tom.* VI *Thes.* Siculi.

—— 7. Vulgo: *Domenico Barnaba Mattei, dell' antico Tuscolo* p. 91. ed. archetypae, vel *Memor Historic. antiqui Tusculi*, p. 35. Tom. VIII. Part. IV. *Thes. Ital.* it. *Vulpio*, *Vet. Lat. Profani*, Tom. VII. L. XIV. c. IV. p 134. corrige in Indicis Classe II. sub *Ara Solis* numerum, qui abundat, denarium.

—— 9. Est is etrusca dialecto *Giulo Cesare Tonduzzi*, cuius Historiam *Faventiae* (*Historie di Faënza*) post mortem edidit *Hieron. Minaccius*, illustravitque *Petrus Maria Cavina*, in Faënza 1675. fol. Part. I. p. 109.

—— 10. eiusque *Tabulis antiquis Siciliae*, n. 105. p. 388. Tom. VI. *Thes. Sic.* vnde iam in *Miscellanea* sua transtulerat *Sponius*, v. *Pericul Animadvers.* p. 60. — versum 1. sic emendat *Bimardus*, in Not. Msc. ad *Sponium*: Cn. Octavio A. F. MINICIANO BELLONARi*o* VILICo VENERis ARIC*inae*. quae novissima meo quidem iudicio satis recte se habent, priora non item. Equidem legerim ME. h. e. ME*nenia* tribu NICANORi. Memenia certe tribus ap. *Gruter.* CCCXXXVIII 8. Cum vero *Sponius* illud T ande ARIC. extruserit, quod clare legitur apud *Gualtherum*, nescio an *Syracusis* locum habere possit Vene-

ris ARICinae memoria, quae fuit forte TAV-ROMenitanae.

— 12. *Praenestes antiquae*, L. I. c. XVIII. p. 33. f. Thef. Ital. Tom. VIII. P. IV. de cuius fide dubitare non debebat, si meminisset doctiss. *Muratorius*, totum hunc titulum e *Livio* XXIII. 29. fumtum esse, *Suaresiumque* ipsis Livii verbis vsum esse. Male scribitur MANITIVS, qui Livio non semel est *MANICIus*.

CXXX. 1. Supra XII. 4. e *Wesselingio* educta erat, nunc inutiliter e schedis Bimardi.

— 2. In *Antiquitat. Galliae* Ep. IX. p. 50 qui fane duorum Benedictini ordinis Monachorum *Itineris Literarii* Tom. I. p. 294. vbi prius edita erat Inscriptio, meminisse debuisset. Vidit quoque *I. Aegidius Egmonda-Neoburgus*, in *Itinere* suo MS. eumdemque *Prevotium*, virum doctum, qui Historiam Ecclesiae cathedralis Arausionensis conscripsisse dicitur, laudavit.

— 3. Nesciit antea vulgatam esse a *Dalenio* in *Addendis* ad *Differtat.* IX. p. 786. e Schedis *Relandi*.

— 4. *Histor. Geneolog. dom. Reg.* Tom. I. p. 67. Omitti ea forma tota potuerat, quoniam aeque vitiosa apud *Gruterum* iam legebatur, XXX. 6. Ita vero in integrum restituitur legendo: VIRIBUS AETERNI. argum. *Marmorum Taurinensium*, Tab. II. p. 13. Part. I. & p. 130. Part. II. n. CLVI.

— 5. Non puto *Alexandrum Bertium* in lapide reperisse *Maximiani* Aug. & *Maximini* Caesaris nomina, vers. 2. & 3. quae, vtpote iam

iam dim erasa, neque *Graevii* amicus Italus ap. *Reines*. I. 220. neque *Luc. Camarra* in *Teate antiquo* L. III. c. 6. p 76. Tom. IX Part. V. *Thes. Ital.* videre poterat. Unde etiam lacunas exhibet *Spon.* V. *Misc.* p. 200. quas *Camarra* rectius *Maximini* (scil. Thracis,) non *Maximiani Aug.* et *Maximini Caes.* quam *Reinesius Septimii Severi*, et *Antonini Bassi* nominibus explevit.

—— 7. Veram lapidis picturam dederunt auctores *Marmorum Taurinensium* n. II. ad p. 13. Cf. *Keysler*, in *Itinere Novissimo*, Tom. I. p. 315. ed. theotiscae. Apud *Maffeium Mus. Veron.* CCX. 2. non est Sempronia *Eutocia*, sed *Eutycia.*

—— 8. Legebatur iam in editis *Cyriaci Anconitani*, p. I. n. I.

CXXXI. 3. *Inscript. Florent.* Tom. II p. 451. n. 67. pleniorem vero instauravit idem *Gorius*, T. III. n. 423. p. 289. vbi *Tunnum* Iovem eumdem esse docet, atque *Tonantem*, nominis originem ab Etruscis repetens. Non vero X. vasa dedisse videtur, sed eX ARGento. v. *Dorvilii Diatribas* T. III. Nov. Misc. observ. p. 111.

—— 5. Don. I. 4.

—— 6. E xysto sane Iustinianeo edidit *Montefalco*, *Antiquit. Explic.* Tom. I. Part. II. L. IV. p. 383. Tab. 218. sed primarius huius marmoris fons erat *Museum Iustinianeum* (*Galleria Giustiniana*) Part. II. Tab. 62. vbi pulchra eius imago cernitur. neque ibi plene DONVM sed DON. vti etiam ap. *Gudium*, qui vidit, CCCXX. 6.

—— 7. Class. I. 27. Mirabili vero Metamorphosi loci eadem, ni fallor, *Decimia*, vel

Decima C. F. Candida Sacerdos dicitur lecta esse in lapide *Traiecti* (nescio cuius Traiectus, ad Rhenum, an ad Mosam) *in Ecclesia maiore*, apud *Gudium* XCVIII. 8.

CXXXII. 1. *Praenestes antiquae*, L. I. c. XX. p. 37. Thes. Ital. T. VIII. Part. IV. Ex eodem *Suaresio* habet *Vulpius*, *Vet. Lat. Profan.* T. IX. L. XVI. c. VIII. p. 175. De Nomine *C. Magulnii* lubenter assentior *Muratorio*, postquam ex Oliverii *Marmoribus Pisaurensibus* p. 25. cognovi, *Pompeium Compagnonium* ita in marmore legisse.

—— 2. Cuius vasis, trium figurarum vasi incumbentium, & tituli, circa pedes infra scripti, formam luculenter depingi iussit *Ficoronius*, in *Le Memorie ritrovate nel territorio del prima e seconda città di Labico*. p. 72, 73 vnde didici, non NAVIOS, sed NOVIOS illius Medici nomen esse, quod infra *Muratorius*, tametsi sine omni necessitate reccoquens MMXLV. 9. verius expressit. v. quoque *Maffei Mus. Veron.* CDLXX. 3.

—— 3. Legitimam sane lapidis et literarum speciem assecutus est *Ficoronius*, in Libro: *La Bolla d'oro de' Fanciulli* p. 73. vnde apparuit eiusdem tituli exemplum, quod supra datum erat XX. 3. vitiis laborare. Sed ille tamen Archaeologus ad obscuritatem verborum vers. 6. & 11. ARATIS et MVTIOTES tollendam nihil contulit. In priori voce latere vel *Meritis* vel *Imperatis* ingeniose coniecit *Cannegieterus*, II. supra II. p. 52. Tom. I. *Actor.* Attamen neutri coniecturae favet cum dissimilitudo literarum, tum nimis arctum versus spa-

tium

tium. Liceatne mihi legere: GNATIS EORVM h e. Podalirio, et Machaoni? Alteri eius coniecturae de *Mutiolis* lubens suffragarer, si exemp'ar *Ficoronianum* non clare exhiberet MVTIOTES. Quocirca non haesitaverim, literam T in N leviter commutando, relictis eius MVTIOLIS, MVTIONES vel MVTONES retinere.

— 4. Nollem μετωρίας accusari posset Muratorius. Hoc loco e schedis *Cyriaci Compagnonianis* aliquot mendis, seu operarum, seu descriptoris inquinatam recensuit, infra, MLXXIV. 13. paulo accuratius e schedis suis renovavit, neutrubi editorum *Cyriaci* Epigrammatum recordatus, vbi p. XVI. n. 116. extat. in quo emendando illustrandoque otium mihi fecit literatissimus *Ed. Corsinus*, in *Fastis Atticis*, Tom. II. Diss. XI. p. 180, 181.

CXXXIII. 1. Clasf. VI. 51. ex vetusto Codice Bibliothecae Vaticanae. vnde etiam protulerunt iam *Gudius*, XLII. 8. et *Vghellus*, in *Italiae sacrae Archiepiscopis Florentinis*, Tom. III. p. 6.

— 2. de *Donariis*. c. 12. p. 109. apud *Sponium*, & *Fabrettum*, iam lectam esse observavi in *Periculo* p. 60. nunc addo illis quoque praeivisse *Reinesium* I. 125.

— 3. & 4. *De diis Aquileiensium* p. 309. n. VIII. *Monum Vet. Antii*, superioris suae commemorationis XXXIII. 5. immemor. Proprie *Turrium* se sequi ait, et tamen in reddendis eius exemplis varius, *Donium* subinde, IV. 23. sequitur tamquam *Turrio*, vers. 3. est CASILIA: *Donia* contra CAESILIA. sic *Turrio*

placet *Decidia L. L. Paulina:* at *Donio: Decidia L. F. Apuleia.* Iungi hic velim *Periculum* meum p. 60.

— 6. *Clasſ.* II. 14. cuius typo non reſpondent verſ. 1. L. L.

CXXXIV. 1. Ita ſane mutilam habet *Donius*, III. 2. ſed illius integritas non aliunde certius reſtitui poteſt, quam ex *incerto Scriptore Interpretationis Inſcriptionum et Epitaphiorum Antiquariae, quae vrbs eſt Baeticae* in *Hiſponia*, p. 864. Tom. III. *Theſauri Salengriani*, vbi ſic opportune: IMP. C. CAES. DIVI TIBER. F. DIVI AVG N. DIVI IVLII PRON. TRIBVNICIA POTESTATE T. COS. III. PONTVFEX CORNELIVS BASSVS PONTVFEX CAESARVM D. S. P. D D. Interim non disſimulo, ſanius verſ. 3. mihi videri vocis Donianae PONTVF. i. e. *Pontifici* compendium, quam plenam PONTVFEX ſcripturam. Habeatne ſimilem veriſimilitudinis aeſtimandae gradum CAESARVM an CAESAREVM i. e. Aedem Caeſaream, definire non auſim, quoniam aliud etiam opus, quam templum de ſua pecunia dare donare poterat *Basſus.*

— 2. Dudum rurſus in editis *Cyriaci Epigrammatibus* fuit, p. IX. n. 67. vnde praenomen Τίτου reſtitui debet *Flavio Polliano*, neque legendum verſ. 2. ΤΟΥ ΦΛΑΒΙΟΥ· verſ. 7. ex corruptis vocibus ΤΟΥ ΟΝΗϹ ΑΝΕΙΚΑ effingit *Leichius* in *Specimine Notarum et Emendationum* p. 462. *Miſcell. Lipſ. Nov.* T. I. P. III. ΤΟΥ ΟΝΗϹιμου, et ex ϹΩ ΣΩΣΤΛΟΥ recte conſtituit ϹΩϹΤΗϹ ΣΩΣΤΛΟΥ, alius *Cyriaci* tituli in *Epigramm.*

gramm. p. IX. n. 79. et *Murat.* DLXX. 5. sigillatim editi, qui tamen huius ipsius Inscriptionis pars esse censetur, argumento, haud dubie motus. vers. 10. constanter editum CΩCTΛΑΝΩC, quod a Muratorio non reddendum erat *Sosylanis*, sed divulsis vocibus CΩCTΛΑΝ ΩC *Sosylam*, *tantum*, vel *circiter viginti annorum*. Ceterum quae hic e schedis *Cyriaci Barberinis* prodiit, eadem infra ex schedis *Cyriaci Compagnonianis* mendosior et imperfectior, quod mirandum, redit, DXCIII. 1.

CXXXV. 1. *Class.* II. 4. ad quem locum *Gorius* mentionem *Gudii* LXX. 1. facere non poterat, quoniam vno eodemque anno ambo corpora illa, *Donianum* in Italia, *Gudianum* in Batavis, lucem vidit, sed in *Muratorio* minime idonea erat excusationis ratio, cur plenius et emendatius *Gudii* exemplum consulere nollet. saltem *Donium* cum *Vulpio*, quem saepius se tractasse significavit, *Vet. Latii Profani* Tom. VI. L. XI. c. II. p. 154. sequ. n. 1. contendendo, longe integriorem hanc Epigraphen ex Ligorio dare potuisset. Haec igitur vel explenda vel corrigenda sunt. vers. 2. P. NEP. vers. 3. GAMELAE *Gud.* GAMALAE *Vulp.* et *Don.* non GAMVLAE, vers. 5. AEDILI vers. 6. GRATIS. vers. 7. PONTIFICI. vers. 9. QVINQVENNALICIO. vers. 10. CVRATORI. vers. 11. EXIGENDAE vers. 12. PVBLICO vers. 13. LVCAR. *Gud.* EVCAR. *Vulp.* forte AERARio REMISIT. mox: HĀE DE SVO EROG. forte *Hanc de Suo Erogationem fecit* vers. 15. CVM vers. 17. IN EPVLVM

TRICHLINII. HS. CCCXVII. verſ. 19. IN PRANDIUM verſ. 21. IDEM verſ. 23. IDEM AEDEM CERERIS verſ. 25. et 26. deeſt et iure deeſt. FORTVNAE enim CERERIS nihili est. verſ 30. IDEM AEDEM verſ. 31. RESTITVIT verſ. 32. IDEM verſ. 34. HVIC. verſ. 36. IDEM . . . POSTVLante POPVLO POSITA EST. verſ. 37. PROXIME TRIBVNAL QVAE verſ. 38. MEREAT SVO DECRETO CVM. verſ. 39. PRAEDIA SVA VENDERIT pro *Vendiderit*. verſ. 40. POLLICITATIONEM. verſ. 41. HS ccIↃↃcc. verſ. 42. HVNC DECVRIONES FVNERE PVBLICO EFFERendum DECREVERVNT.

CXXXVI. 1. *Claſſ.* II. 3. vbi v. *Gorium.*

— 2. Ex editis *Cyriaci* iam nota erat p. II. n. 10. vti etiam post *Reineſium* rurſus eamdem exſcripſit *Gudius*, LVIII. 7. locavitque *Nonae in Dalmatia.* quod nomen veteris Aenonae hodiernum eſt. v. quoque *Ioh. Lucius Tragurienſis* in *Inſcriptionibus Dalmaticis* p. 33. n. 15. Tom. XIV. *Theſ. Siculi.*

— 3. Claſſ. I. 121. eamdem quoque vulgarunt *Franciſc. Martius* in *Hiſtoria Tiburtina*. L. VI. p. 73. item *Antonius del Rè* in *Antiquitatibus Tiburtinis*, p. 20. Tom. VIII. Part. IV. *Theſ. Ital.* quorum typo conſtanti quod ad nomen PASQVIDIVS verſ. 2. et montem: AFFLIANO magis credo, quam vitioſo *Donii* et *Muratorii* PAQVEDIVS et AEFLIANO Donii, aut vitioſiori AEFFIANO *Muratorii*, quoniam *Lucas Holſtenius*, recon-

conditae eruditionis homo, superiorum lectiones suo exemplo ratas habuit, extrusitque vers. 8. numerum XIIII. post GERM. qui, nisi respiciat ad Domitiani imperatoriam dignitatem, sensum nullum habet. v. eius *Annotationes in Italiam antiquam Cluverii* p. 200.

— 4. Clasf. I. 126. rectam ad h. l. *Gorii* interpretationem *Caesaris nostri Servus* nescio cur deferens *Muratorius*, aliam minus credibilem commentus fuerit. In promtu enim est, verbi gratia, FORTVNATO CAES. N. SERvo apud nostrum MIV. 8. plurimique alii lapides exempla similia offerunt, quae coacervare nolo.

CXXXVII. 1. *Itin. Dalmat. Graec. Asiatici* Tom. II. L. III. p 533. item *Spon. Itin.* Tom. II. p. 486. vnde in *Miscellanea* eius transiit, quod in *Periculo* memini me adnotare. vbi tamen erravit, cum vers. 3 exhiberet ΠΥΑΙΜ. pro Π. Τ. ΑΙΜ. h. e. Πȣβλιȣ Τιος Αιμιλια iure propterea notatus a *Fabretto* IV. p. 338 *Perizonio*, ad *Aelian.* IV. IX. 1. et *Eduardo Corsino*, in *Prolegomenis in Notas Graecorum* p. XXXVI. Initium quoque huius inscriptionis retulit *Breval*, *Remarks on several Parts*, Tom. II p. 114. in fine vero duobus versibus pleniorem dedit *Maffeius in Museo Veronensi*, XXXIX. περιβολον, septum, et αναλημματα fastigia bene explicans, vers. 10. et 20. Ναȣς ἐυστηριας recte assecutus est *Perizonius*, ad *Aelian.* II. XVII 9

CXXXVIII. 1. i. e. *Iosepha Rocco Vulpio Vet. Lat. Profan.* Tom. X. Part. II L. XVIII. c. XI. p. 410. it. *Dissertazione intorno alla Vil-*

Villa Tiburtina di Manlio Vopisco, p. 186. *Saggi di Dissertazione Accademiche* Tom. II. nec non: *Lettera nella quale si espongono cento Iscrizioni*, p. 139. s. Tom. XIX. *Opuscoli Scientifici e Filologici.* Quaenam vero vox sit NAMA *vers.* 9. et quam potestatem habeat, minime concors est eruditorum hominum sententia, aliis *Syriacam*, vt h. l. Muratorius, nullo, vt reor, huius opinionis auctore, aliis *Persicam* vnanimi plerorumque suffragatione, aliis *Graecam*, tamquam *Pighio*, ad *Gruter.* XXXIV. 6. *Reinesio* III. *Var. Lect.* p. 603. et *Maffeio*, loco mox laudando, aliis aliam ipsi originem tribuentibus, rursus aliis *Solem*, aliis *Lunam*, quasi *Nannam* vel *Nannaeam Dianam*, vt ipse Muratorius noster ad Paulinum p. 129. *Anecdot.* eius *Latinorum* Tom. I. et *Phil. a Turre*, de *Mithra*, c. IV. p. 194. *Monument. Vet. Antii*; aliis *fontem augustum, liquidum venerabile*, tamquam, secundum quidem *Reinesium*, *Scip. Maffeo*, in: *Explication de ces mots Nama Sebesio qui se trouvent sur un Marbre antique*, p. m. 364. *Histor. Ac. Inscript. Paris.* Tom. VI. ed *Batav.* interpretantibus, aliis denique nihil aliud esse censentibus, nisi precum clausulam, qua quid ratum a Deo habitum iri vulgus augurabatur, vt vult *Gregor. Redi* in *Dissertazione sopra gli Dei Aderenti*, p. 110. s. *Saggi di Dissertazioni Accademiche* Tom. II. Nescio tamen, an quis vim Persicorum vocabulorum subtilius indagarit *Anquetilio Du Perronio*, cui debemus Investigationem veteris Persarum sermonis (*Recherches sur les anciennes Langues de la Perse*) in *Commen-*

mentariis Acad. Inſcript. Tom. XXXI. a p. 339. ſequ. et cuius praecipue ſecunda diſputatio inſpicienda est, a p. 419. ſequ. vbi *Nama* nihil aliud ſignificare approbavit, niſi *laudem, monumentum laudis*, adeoque *Nama Sebeſio* ſibi videri *laudem viriditati*, id est, renaſcenti naturae, cuius inſigne est viriditas.

— 3. *Memorie Breſciane*, p. 215. vitioſe deſcriptam vitioſe non ſemel tantum imitatus est. ſed etiam iterum protulit infra, MXCVIII. 5. Vtinam ſanius exemplum e *Gudio* XI. 5. aut *Alex. Symmacho Mazochio* ad *Mutilum Campani Amphitheatri titulum*, p. 150. ſumſiſſet. ibi enim rectisſime verſ. 6. Ex SCITV PAGI, non SITV, et verſ. 12. CIVIBVS non FINIBVS. verſ. 6. et 7. *Pagani Farraticani* forte ſunt hodierni Montisferratini v. *Cluverii Italia Antiqua* II. p. 622.

— 4. Fontem, vnde haec manavit Epigraphe, ſatis obſcure indicavit. Non enim facile quis divinet per *Hiſtoriam Literariam Patrum Trevoltienſium Societatis Ieſu* intelligi *Memorias Trevoltinas*, Anni 1717. Art. XLVIII. p. 625. vbi *Danielis*, Ieſuitae, marmoris illius interpretatio legitur (*Disſertation ſur l'ancien Bas relief trouvé dans l'Egliſe Cathedrale de Paris*) quae mox etiam in Ephemerides literarias, (*Iournal des Savans*, 1717. menſ. Decembr. p. 613. ed. Amſtel.) migravit. Multa ibi mirabilia narrat, CERNVNNOS mutans in CEPORTVNNOS Portuum nempe Deos. Importunisſime! vt ait *Hagenbuch. Epiſt. Epigr.* p. 454. Quantum ſtudii et operae in eodem recognoſcendo

et

et illuſtrando alii collocaverint, infra forte ad MLXVI. 5. vbi loco non admodum opportuno totum hoc Anaglyphum opus cum omnibus imaginibus ex *Eccardo* renovatum est, docere conabor.

CXXXIX. 1. ex ſchedis *Immanuelis Martini* in *Antiquit. explicat. et Schematibus illuſtrat.* Tom. II. Part. II. p. 324. c. XIX. Tab. 136. vbi lapidis forma, etſi luculenta, non omni tamen ex parte *Baryanae*, quam in *Periculo* laudavi, ſimilis cernitur. *Baſilium* verſ. 6. recte *Cuperus* in *Literis Criticis* p. 368. et *Montefalco*, p. 325. coronam interpretantur. Idem *Quadribacium* accipit pro torque quatuor funiculis aut ordinibus diſtincto, et *Smialia* pro armillis, non tantum hoc loco, ſed etiam Tom III. L. II. p. 51.

— 2. Immo meis oculis in *Vulpii Veteri Latio Profano* Tom. V. L. VIII c. IV. p. 81. vidi, non *M.* AGILIVS, ſed AGILEIVS. verſ. 3. ſcriptum eſſe, vnde nolim optimo *Hagenbuchio* in *Epiſt. Epigr.* (23) fucum factum eſſe, neque tamen inde neceſſario ſequitur, vt ſi prius nomen AGILEIVS ſollicitari non debeat, poſterius *Agillia* in *Agileia* quoque mutandum ſit. Mulieres enim non ſemper maritorum nomina adſciſcunt. *Agileia* vero & *Agillia* gens an eadem fuerit, dubitari poteſt. Quod ad vocem PRAETORIA ſpectat, magis inclinat animus ad credendum, hoc loco denotari potius alterius feminae nomen gentilitium, quam eius nominis aedificia.

— 3. 4. Plerique Tarentini, ulterioriſque Calabriae tituli ſemper mihi viſi ſunt antiquitatem

tem mentiri. Huiusmodi coloris esse X. 8. XI. 7. LIX. 5. antea iam memini me observare, neque hi valde dissimilis naturae & fidei.

CXL. 1. in *Appendice Miscella omissorum* n. 5. ad quem locum adnotare neglexit *Gorius*, pleniorem iam integrioremque prodiisse apud *Gruterum* CIX. 6. neutrubi tamen ACYNDINVS, sed ACINDYNVS scribitur.

—— 2. 3. *Don.* I. 134. et *Append. omiss.* n. 15.

—— 4. Ad *Aegascheniam*, non *Aegascheriam*, obi descripserat *Cyriacus*, in eius iam Epigrammatibus p XXXIII. 221. vulgatam. — vers. 3. facessat nomen mendosum ΕΝΤΕΔΟΝΟΝΟΣ! recte ap *Cyriacum*, et infra ap. *Murator.* DXCI. 4. ΕΝΓΕΔΟΝΟΣ *Engedone*. legendumque ΘΗΛΟΥΘΙΟΥ, Theluthio mense, vers. 4. non cogitandum esse censeo de quadam vrbe, vt *Muratorius*, ad h. l. et *Leichius* in *Specimine Notarum et Emendat.* p. 464. T. I. Part. III. *Misc. Lips. Nov.* suspicantur, sed nomen virile est ΠΟΛΙΣ ΚΟΑΤΟΝΟΣ, *Polis Coatonis filius*, vt recte docuit *Ed. Corsinus* in *Fast. Atticis*, Tom. II. p. 442. vers. 5. iocularis est lectio ΚΑΜΑΡΕΙΝΑΝ *Camarinam* pro ΚΑΜΑ ΙΕΡΑΝ, *Cama Sacram*, vti clarissime ap. Cyriacum, infra aeque vitiose legit *Muratorius* ΚΑΛΛΑ ΙΕΡΑΝΤΙ redditque *Ancillam Callae Sacerdotissae Dianae.*

—— 5. Clasf. I. 101.

CXLI. 1. Clasf. I. 91. vtinam neque *Gorius* ad h. l. *incuriose descriptum* et *inemendatum Gruteri* LXX. 8. exemplum questus esset, neque *Muratorius* conferendum duntaxat frigide indicasset, quod sane praesertim

tim alterius editionis ſerio et data opera prius conſulendum erat, quam ex *Donio* in memoriam revocaretur, quod etiam ſenſisſe videtur *Dorvilius* in *Diatribe* in *Inſcriptiones quasdam*, p. 119. Tom. III *Obſervat. Miſcell. Nov.* tametſi neque *Gasſendi* neque *Puteani* meminerit. Inde enim huius tituli et auctores et interpretes didicisſet vterque. Notatu certe dignum est, quod ſcribit *Gasſendus*, in *Vita Peireſcii.* L. V. p. m. 203. *Pergratum* inquiens, *habuit concesſum ſibi . . . marmor, quod Reis Apollinaribus (Regium nunc appellant) fuerat erutum; et in quo exſtat inſcriptio continens votum perſolutum Deo Aeſculapio; ſignum ſcilicet ſomni aereum, Torquem aureum cum Dracunculis duobus, pondo Scrupuli vnius. Enchiridium argenteum, pondo vnciarum quinque et ſemis (ſic enim notas reſtituit, quae non bene apud Gruterum) denique Anabolium.* rel. quo ſane leviorum ponderum indicio res abſurda torquis et enchiridii multarum librarum, quam concoquere non poterat *Dorvilius* l. l. tollitur. Tum vocabula *Dracunculorum*, *Enchiridii* et *Anabolii* bene explicuerunt *Laur. Pignorius Symbol. Epiſtol.* XXXVII. p. 139. 140. et *Erycius Puteanus Epiſtol. Centur.* I. Epiſt. XCVIII. p. m. 108. Ceterum obliviſci non debeo, eumdem titulum a *Fleetwoodo*, p. 37. n. 2. et *Honor. Bouche* in *Hiſtor. Provinciae*, Tom. I. L. II. c. I. p. 63. commemoratum fuisſe. Cur autem verſ. 2. PROTIS *Dorvilio* l. l. *vitioſum* viſum fuerit, comminiſci non posſum. Malebatne fortasſis EROTIS? At *Protis* alicubi non ſemel in lapi-

pidibus occurrit. vt in *Reinesii Eponymologico* demonstrabitur.

— 3. dudum iam cognita erat ex *Sponianis Miscellan.* Sect. III. p. 87.

— 4. Clasf. II. 6. quod exemplum cum sequi nollet, rationem saltem indicare debuerat, cur vers. 2. et 3. nomina P. SEVTHIANO et SEVTHIANVS *Reinesiana* II. 84. potius exprimenda curaret, quam *Doniana*, SCVTHIANO et SCVTHIANVS. quae minus recte, vt arbitror, servavit *Donatus*, in *Supplem.* LXVIII. 8.

— 5. *Clasf.* I. 2. et 162. Bis terve eamdem repetere, VII. 2. 8. hoc loco, et infra, CXLVI. 3. cuiusnam erat necessitatis, vel, vtilitatis?

— 6. *Clasf* I. 102.

CXLII. 1. *Nel portico di Tempio di Castore e Polluce*; ita Schedae *P. Petavii*. quae versu 2. exhibent DEQ. male! tum SACR. i. e. sacra, vti apud *Vignolium*, *Inscr. Select.* p. 180. qui proprie non vidit, sed eam se debere ait *Marsilio Cataldo*, Corano. proinde SACERdotali non est opus. vers. 3. eaedem schedae offerunt M'. CALVIVS et P. N. Vti vero paulo post, CXLVII. 2. e *Vulpio* repositam miror, sic partem fuisse aut alius, aut eiusdem, sed plenioris tituli infra apud nostrum, MCMLXXXVIII. 3. obvii, crediderim.

— 2. *Clasf.* I. 56. vnde etiam, nulla, vt arbitror, idonea ratione ductus iterum recensuit *Donatus*, *Supplem.* LXV. 3.

— 3. vide supra ad CXVII. 6.

— 5. Iam in editis *Cyriaci Epigrammatibus*,

bus, p XIV. 100. locum invenerat. Istud nominis vers. 1. ΦΕΣΙΝΤΗΣ prorsus nihili esse, ortum quippe ex duabus Syllabis proximae vocis ΑΦΕΣΙΝ et sequentis ΣΤΗΣΕΝ pro ΕΣΤΗΣΕΝ bene coniecit *Dorvilius*, ad *Charitonem*, L. V. c. I. p. 432.

CXLIII. 1. Class. I. 82. quae toto quidem aversae partis titulo infra sigillatim CCCLXX. 3. recocto, auctior est, sed ipsum Epigramma graecum a *Smetio* iam fol. V. n. 2. *Grutero*, l. l. et *Fleetwoodo*, p. 45: 2. occupatum, neque elegantiam columellae, in qua incisum erat, neque literarum formas Smetio-Gruterianas, vt par erat, refert.

CXLIV. 1. *Class.* I. 23. et *Martio Phoebonio*, *Histor. Marsor.* L I. c. 8. p. 25. Tom. IX. Part. IV. *Thes. Ital.* Eiusdem tituli partem primam *Iustus Rycquius* e schedis *Stephanonii* communicaverat cum *Gudio* XXII. 6. alteram partem ipse *Gudius* ex iisdem Schedis se descripsisse ait, XX. 8. vbi tamen male ACCALE, pro ACCA L. F.

—— 2. Class. I. 29. Nullo modo mihi diversae esse videntur Inscriptiones Don. II. 5. *Murat.* CXXII. 1. et CDLXXVI. 10. item *Don.* I. 29. et haec *Muratoriana* omnes quippe locantur *Malacae in Hispania*, neque vlla re, nisi *L.* vel *T. Granii* cognominibus, mox *Cerionis*, si diis placet, mox ST. mox *Seionis* mox *Silonis*, descriptorum forte corruptela, discrepant

—— 3. Vesontione, in principe Sequanorum vrbe, 1679. effossus lapis, vid. *Antiquit. Explic. et Schemat. illustr.* Tom. II. Part. II.

II. L. V. p. 415. Tab. 185. Verum diu ante *Montefalconem* ex Museo *Boisoti* dedit *Baudelotius Daervallus*, in Appendice ad Tom. I. *de vtilitate Itiner.* p. XII. ed. *Parif.* 1686. tum *Sponius* III. *Misc.* XLIV. p. 92. vbi verf. 2. DVBERATIA. mox: *Io. Mabillonus* in *Itineris Germanici Descriptione* p. 5. et *Veter. Analect.* p. 1. vbi DVBTERATIA. integerque versus tertius deest; inde eodem modo *Fabrettus* IX. 163. qui *Dubteratiam* gentem defendere videbitur, praeterea Auctor incertus Libri *de Religione veterum Gallorum*, L. II. c. XVII. p. 350. item *Ioh. Dan. Schoepflinus Alsat. Illustrat.* Tom. I. p. 459. et tandem *Donatus*, in *Supplem.* XXVII. 5.

— 4. leg. versu 6. VETIRENVS auctoritate ipsius *Donii* exemplaris I. 50. ex quo fonte, non ex *Montefalcone*, (illud enim: *ex eodem* respicit n. 3.) eductus est hic titulus.

CXLV. Sufficit hoc loco adnotare, huius iam marmoris a *Cyriaco* prope Eretriam in agro vinearum, vbi templum Bacchi vetustate collapsum conspiciebatur, inventi memoriam in eius *Epigrammatibus* legi, XXXVI. 242. versumque 15. et 16. voces ΕΙΑΣ ΤΑΣ optime mutatas fuisse in ΕΥΑΣΤΗΡΑΣ *evantes*. a *Dorvilio*, ad *Propertium Burmanianum*, II. El. II. 28.

CXLVI. 1. *Class.* I. 21. vbi verf. 3. RABRIAN.

— 2. *Class.* I. 43.

— 3. Vide quae supra animadverti ad VII. 2. *Actor.* T. I. p. 29.

— 5. ſine dubio ex *Barthol. Burchelati Epitaphiorum Dialogis* VII. *ad Tarviſii civiumque memoriam, Venetiis*, 1583 4. Secundum vero *Muratorium* excerpſit *Franciſc. Maria Bonada*, in *Carminibus* ex *antiquis lapidibuc*, Vol I. p. 80. XXVII. et *P. Burmannus*, I. *Antholog. Lat. Epigr.* XXXII. qui recte verſ. 4. metro ſic poſtulante, emendavit *Gratus*.

— 6. *Antiqu. Explic.* Tom. I. Part. I. p. 52. qui aeque ignorabat atque *Muratorius*, iam deſcriptum et depictum lapidem eſſe e *Boisſardo* ap. *Gruter.* VII. 1. alterius editionis, ad quem locum *Gudius*, in Notis MS. ſic ait: *C. Iul. Pomponius Pudens Severianus Praef. Vrbi XLVII. 2. ſub Alexandro, vel proximis. Erat igitur Iulia iſta Elagabali mater Soaemias, vt ſuperiori* pag. n. 6.

— 7. e *Caeſaris Clementini Raccolta Iſtorico della fondatione di Rimino*, in *Rimino*, 1617. 4. quem librum nollem in *Theſauro Italiae* praetermiſisſent Editores. Ipſa Epigraphe iam ſupra adfuit. vid. ad XXI. 4. p. 53. *Tom. I. Actor.*

— 8. *Claſſ.* II. 15.

CXLVII. 1 *Claſſ.* V. 227. vbi verſ. 2. *Stallia Clara*, non *Statilia Stalliam* certe gentem defendit *Fabrettus*, ad eumdem lapidis titulum, IX. 412. et *Hagenbuchius*, *Epiſt. Epigr.* p. 478. Apud *Fabrettum* tamen illa *Stallia* non *Clara* cognominatur, ſed *Callityche.*

— 2. ſupra CXLII. 1. adfuit, ad quem locum vide, quae paulo ante ſcripſi. Nunc vero e MSpto *Corradini*, et *Vulpii Vet. Lat. Profano* Tom. II. L. VII. c. 2. p. 131. reponi-

nitur. Cuius monumenti adhuc ſuperſtitis imaginem depingendam curavit idem *Vulpius* l. l. Tom. IV. Tab. XII. ad p. 140. vnde vera huius templi et columnarum, item fragmenti tituli ratio cognoſcitur. Secundum hanc quidem picturam a *Vulpio* traditam ſecundus verſus noviſſimum occupare debuiſſet locum.

—— 3. rurſus e *Corradini* libro ſcripto ſatis corruptam dedit *Vulpius*, *Vet. Lat. Profan.* Tom. IV. L. VII. c. 2. p. 145. neque ſanior fuit in ſchedis *P. Petavii*, vnde fruſtra medicinam petere mihi licuit.

—— 4. *Veteri Latio Profano* Tom. IV. L. IV. c. 2. p. 138. idemne ſit lapis, atque *Gruteri* XLV. 5. nondum liquet. Sed idem est *Fabretti* IV. 528. vbi verſ. 1. MARCUS MALLIVS et verſ. 2. eodem modo, vti ap. *Vulpium*: DVOMVIRES

— 5. *Vet. Lat. Profano.* Tom. V. L. VIII. c. IV. p. 84. qui in ſubterraneo ſpecu, Italis *Contrada S. Lorenzo* dicto, erutam eſſe ſcribit. Siglas I. S. interpretatur *Muratorius* *Iunonis Soſpitae*. malim *Siſpitae*. argumento *Feſti*, voc. *Siſpitem*, item numorum, v. *Drakenborch.* ad *Sil. Ital.* XIII. 364. et titulorum veterum, tamquam *Reineſ.* V. 47. *Spon.* III. Miſc. p. 82. *Fabretti* IX 37. et *Muratorii*, CLVII. 6. Neque hic *Vulpii*, L. VIII. *Vet. Lat. Prof.* c. 4. p. 51. Tom. V. hanc ſcripturam ad *ſequiorem et deteriorem* aetatem relegantis iudicium, aut Inſcriptio ex *Ligorii MSto Ottobonianae Bibliothecae*, ab eodem ibidem p. 66.

relata, IVNONI REGINAE SOSPITAE nos morari debet. Descriptorem enim incuriae convincet *Gudius*, vir non vulgaris eruditionis, e cuius schedis *Koolius*, et *Hesselius* XII. 3. recte ediderunt SISPITAE.

—— 6. Vid. supra ad XXXII. 3. p. 179. *Actor. Trai.* Tomo II.

CXLVIII. 2. ab omnibus eiusmodi, quas protulit, coniecturis temperare sibi potuisset *Muratorius*, si veriorem integrioremque typum extare apud *Fabrettum* X. 8. scisset. Ibi enim opportune legitur.

LARIBVS AVG
REG I.
VICO III. ARARVM

rel.

mancam quoque habuit *Gorius Inscr. Etrur.* Tom. III. p. 134: 144. itidem nesciens apud *Fabrettum* legi. Interim Fabrettus et Gorius habent Q. Granius. Muratorius, D. Granius. Eumdem titulum, nescio, quam ob causam ex Gorio repetens in Supplemento suo LXVII. 3. *Donatus*, itidem Fabretto iam melius notum fuisse nesciit.

—— 4. 5. Arae in ruinis ad veterem Antii portum repertae, in quibus nautae sacrificabant, quas a comite *Marsilio* eleganter depictas primus e schedis *Fontanini*, in curia Romana Praesidis, vulgavit *Montefalco Antiqu. Explic et Schem. ill.* Tom. II. Part. I. Tab. LI. ad p. 132. postea *Ios. Roccus Vulpius* in *veteri Latio Profano*, T. III. L. IV. c. 9. Tab. XVII. ad p. 188. iteravit.

— 6.

— 6. de *Donariis* c. 1. p. 12. *Io.* vero *Baptista Ferretius* in *Musis Lapidariis*, ad I. *Mem.* VIII. legit *P. Milvius Cilo dedit.*

CXLIX. 1. Loco modo ante laudato. qui *Muratorium* fefellit, quasi singulare Epigramma esset, cum partem duntaxat notissimorum illorum in *Herculem Invictum* versuum, apud *Mazochium Epigram.* VII. VIII *Apianum*, Inscript. CCXVI. *Smetium*, XXIII. 6. *Gruterum*, XLVII. 10. *Ferretum*, *Mus. Lapid.* I. *Mem.* VIII. *Fleetwoodum*, p. 23: 2. *Bonadam*, in *Carminibus Lapidum*, I. XLII. et *Burmannum* I. *Antholog. Latin. Epigr.* XXXVII. obviorum, absolveret de cuius varietate lectionis aliquid monere h. l. non est necesse.

— 2. Ibidem quem eumdem lapidem alienissimo loco infra, MDCCXXIX. 1. inter sepulcrales retulit. Olim Patavii spectabatur, nunc Musei Veronensis portio est, teste *Maffeio*, p. XCII. 8.

CL. Tab. B. Poteratne fieri, vt hoc monumentum diligentiae demum *Antonii Antinorii* deberetur, cum id ipsum Kalendarium iam superiori saeculo *Neapoli*, 1680. 4. typorum formulis excusum esset? vid. omnino, quae memini, me docere in Praefatione ad *Iac. van Vaassen Animadversionum ad Fastos Romanorum Sacros Fragmenta*, p XXIII. n. X.

CLI 1. Non minus insolens mihi visa est huius tituli e schedis edendi, atque plurium aliorum eodem modo productorum cupiditas. Non enim facile quis ignoret, dudum in Istria *Smetii*, LXXV. 8. *Fonteii*, *de prisca Caesiorum gente*, L. II. c. III. p. 97. *Grute-*

 ri,

ri, CCCCLXXIV. 2. *Philippi Antonini, de Antiquitate Sassinae*, p. 16. Tom. VII. Part. II. *Thes. Ital.* eumdem in hominum oculos incurrisse. Apud omnes, quos laudavi, constanter vers. 1. *Sex. Tettio.* vers. 2. apud *Gruter*. PVB. apud *Smetium* vero recte PVP. h. e. *Pupinia* tribu. vti recte *Reinesius Epist.* XXXI. ad *Rupertum*, p. 170. — vers. 6. Siglarum interpretationem iam occupaverat *Scaliger* in *Indicis Gruteriani*, c. XX

— 2. *Antiqu. Explicat.* Tom. II. Part. I. L. I. p. 10. Tabula I. vbi ex *Boissardo* sumta monumenti pictura cernitur.

— 3. diu ante relata erat a Sacerdotibus Benedictinis in *Itinere Literario*, Tom. I. p. 303.

— 6. Eius quoque meminit, *Guichenonius* in *Hist. Sabaud.* Tom. I. p. 74. Sed non sine verborum et nominum corruptela. nostra aetate fortassis interiit, quoniam Scriptores *Marmorum Taurinensium* eam plane silentio praeterierunt.

CLII. 1. Vti *Coelestinus Capuccinus* in Historia Bergomate, sic etiam *Io. Christoph. Zanchius*, de *Orobiorum sive Cenomanorum origine*, L. III. p. 835. Tom. III. Part. I. Thes. Ital. et ex eo *Gruterus*, CCCCXCI. 6. legit, versusque distinxit· neque ibi VOLT. sed VOT. non exemplorum duntaxat *quorumdam* apud *Gruterum*, sed duodecim circiter vsu.

— 4. E quidem *Dissertatione ad Severae Martyris Epitaphium*, p. 51. Tab. VIII. cuius Sarcophagi, et literarum forma vtinam servata fuisset. Apud *Sponium* et *Fabrettum* eamdem Epi-

Epigraphen legi iam animadverti in *Periculo*, ſed corrupte. Addatur h. l. *Dorvilius* in *Diatribe* in *Inſcriptiones quasdam*, p. 126. Tom. III. *Miſcell. Obſervat. Nov.* Vix credi posſit, niſi oculis fidem habere me oporteat, infra vitioſius cum verſione prorſus ſimili rediisſe, DCCVIII. 3.

—— 6. *Claſſ.* IV. 3.

CLIII. 1. *Claſſ.* IV. 4. idem fragmentum iam antea datum erat a *Grutero*, MXXIX. 3. hoc ſaltem diſcrimine, vt integrum nomen IVNIVS SEPTIMIVS. ibi legeretur. Integritas autem huic titulo conſtitit eadem *Gruteri* opera, MCI 8. vid. hic omnino *Hagenbuch. Epiſt. Epigr.* p. 180, 190. Siglarum PONTIF. L. L. Pontifex Laurentum Lavinatium ratio a Muratorio tractata rectisſime ſe habet, docente id *Scaligero*, in *Indice Sacerdotum*, et *Reineſio*, ad XII. 114. nec vno poſtea exemplo teſte, CLIII. 1. CLIV. 4. et alicubi.

—— 3. *Claſſ.* IV. 13. quam corrupte relata ſit, docet *Dorvilius* ad *Charitonem*, p. 2, 3.

—— 4. *Claſſ.* V. 68.

—— 7. *Inſcr. Etrur.* Tom. II. p. 454:69. ab initio pleniorem dedit *Donatus*, in Supplemento, LXXVI. 1.

CLIV. 3. *Osſervazioni Sopra i Cimiteri de SS. Martiri*, L. II. c. IX. p. 449. verſ. 3. leg. Caecilia Auli et Cnei Liberta Aſia, verſ. 5. SPVRIA, verſ. 8. intelligendane SACerdos SVLPICI CAPITOLIni? verſ. 11. C. Valerius Caii Libertus *Philargyrus*, verſ.

12. forte Q. Lolius Q. F. STELLatina pro QESTOR Rufus.

— 4. *Diar. Italico*, c. XIX. p. 262. ex eodem hunc titulum sumsit, *Petr. Anton. Braschius* de *Familia Caesennia*, c. VII. VIII. p. 48. 72. copiosiusque, quam necesse erat, illustravit, vti quoque *Vulpius*, in *Veteri Latio Profano*, Tom. VI. L. X. c. VI. p. 105. bis etiam, nescio quam ob caussam, recurrit apud nostrum infra, DCXCIX. 8. et MLIII. 1. Siglas ibi occurrentes male interpretatus erat *Montefalco*, notatus primum a *Ficoronio*, in *Osservazioni sopra l'Antichita di Roma*, libello satis varo, *Romae*, 1709. 4. p. 53 in eo tamen itidem notando, quod literas L L. reddebat per *Laudabilis*, tum *Cupero*, in *Literis Criticis*, p. 277. postea *Braschio*, l. l. porro duumviris. doctissimis *Hagenbuchio et Buherio* in *Epist. Epigraphicis*, p. 189. 238. et 265. et tandem. *Henric. Cannegietero, de mutata Nominum Romanorum ratione*, c. IX. p. 45. Omnes inde a *Cupero* recte existimarunt sic legendum esse: *Diis Manibus Lucii Fabricii, Lucii Filii, Palatina Caesennii Galli, Equitis Romani, Pontificis Laurentium Lavinatium, Scribae Aedilicii omnibus Honoribus in Colonia* OSTiensi *Functi Italicus Patri Dignissimo.* praeter *Braschium*, et *Cannegieterum*, quorum ille minus verisimiliter, quasi incisum fuerit vers. 5. INF. COST. opinatur intelligenda esse verba INFra COnSulatum, p. 70. nullo huius latinitatis exemplo, hic vero, licet ingeniose, tamen nondum probabiliter, explet verborum compendia IN COlonia, STabiana,

quo-

quoniam non aliunde constat, *Stabias* fuisse Coloniam.

—— 6. Vide supra a mescripta ad XXVIII. 1. p. 67. 68. Tom. II. *Actor.*

—— 7. *Diario Italico.* c. XIV. p. 201. 202. qui versus, vti a Montefalcone primum editi, et a nostro rapetiti sunt, ita aliquot vitiis et vocum et sententiae laborant. vers. 1. Ἀσιδος profecto non est nomen hominis, sed Asiae minoris: Λιαν Κλύτȣ, non patiuntur metri leges, sed legendum Αγαν Κλυτȣ: neque vers. 2. Μιθρȣ nomen est Dei Mithrae, sed hominis, patris quippe *Lucii* (si *Buhierio* credendum,) *Eugenii.* Has emendationes sic exornavit *Buhierius* in *Epistol Epigraph. Hagenbuchii*, p 44. et 118. s. totque argumentis erudite confirmavit *Hagenbuchius* ibidem, p. 86=90. vt viris eregiis plane assentiar. Quod ad vocem ΕΥΓΕΝΙΑΝ attinet, vers. 5. quam in nomen virile ΕΥΓΕΝΙΟΝ mutat *Buherius*, magis inclinat animus ad *Hagenbuchii*, Λȣκιον non de praenomine, sed de nomine accipientis, adeoque *Eugenii* additione opus esse negentis ibid. p. 145. sententiam; neque dissimulare possum, vtrumque et *Buhierium*, et *Hagenbuchium* nesciisse, *Montefalconem* ipsum iam antea vitiosam suam lectionem Λιαν Κλυτȣ damnasse, et in eius locum sufffecisse ΑΓΑΝ ΚΛΥΤΟΥ. in *Antiquital. Explic. schem. illustr.* Tom. II. Part. I. L. I. c. IV. p. 18. vbi sic: *In Diario*, inquit, *legitur* Λιαν Κλυτȣ, *quae vox metri rationem omnino tollit, sed omninolegendum* Αγαν Κλυτȣ, *quam facilo* Λ *pro* Λ *accipiatur, norunt periti quique.*

CLV.

CLV. 2. Quis ille locus *Ostroch in Dacia*, nescio qua, sit, velim mihi quis indicet. Eiusmodi enim aut vici aut oppidi nomen nusquam vel apud *Wolfg. Lazium*, vel *Steph. Zamoscium*, vel *Iohannem Trösterum*, *Daciae Veteris et novae* auctorem, me legere memini. Pleraque Romanorum monumenta, quae adhuc Transylvaniam, h. e. veterem Daciam Consularem, ornant, aut *Albae Iuliae*, olim Apuli, (Weissenburg) aut *Ulpiae Traianae* Sarmizegethusae, (nunc Warhel) reperiuntur. Inde dubius sum, vnus idemne lapis sit *Gruterianus* LVII. 5. et LXXXIX. 11. an diversus, prior quippe *Albae Iuliae*, alter *Varheli* visus, adeoque loco dissimilis, argumento vero plane geminus. prius exemplum habuit *Gruterus* a *Robortello de vita et victu Pop. Rom.* c. XV. p. 114. qui sine dubio ipse non vidit, sed aliunde accepit, a descriptore corruptum in nomine *Antonini Gordiani* pro *Antonii*, et *Antonii Valentini* pro *Antonini Valentini*, mutilumque a fine. alterum exemplum habuit a *Lazio, Commentar. Reipubl. Roman.* XII. p. 932. qui, vt puto, vitiose lapidem MATRI AVG pro MARTI AVG. exemplo aliorum, *Matrem* et *Martem* confundentium, (v. supra ad *Mur.* XXX. 6.) consecravit, tum cognomen *Valentinus* omisit, vtrumque invitis chartis *Clusianis*. quibus plus fidei tribuo, quam *Robortello*, *Lazio*, *Keyslero*, in *Antiquit. Septentr. et celt.* p. 388. et aliis. In iisdem quoque Schedis, vti etiam ap. *Lazium* l. l. non *Municipium*, sed COL. Apulum dicitur. Quicquid sit, in vnam tamen Epigra-

graphen et ambas *Gruterianas*, et hanc *Muratorianam*, facile conflari posse puto, dummodo mutuam sibi omnes emendationis opem praestent. Cf. *Marsilii Danubius*, Tom. II. P. 11. Tab. LVII. n. 5. ad p. 136. cum adnotatione *Blanchinii*, et *Maffeius*, in *Mus. Veron.* CCXLVIII. 5. ubi *Antoni Gordiani*, et *Antonius Valentinus*.

CLVI. 1 Huinsfane marmoris primum dominus fuit *Car. Patinus*, teste eius *Commentario in tres Inscriptiones Graecas Smyrna allatas*, *Patavii*, 1685. 4. tum *Camillus*, Comes *Silvestrius*, Rhodiginus, indicio animadversionum eius ad *Iuvenalis Satiram* V. p. 240. et tandem *Verona* eius compos facta est. vt ex *Maffeii Museo Veronensi* liquet, p. LIX. Fac autem, *Patinum* in eo illustrando nimium fuisse, tamen literarum graecarum formis accurate exprimendis haud mediocrem apud Archaeophilos gratiam iniit. Utinam *Muratorius* ineptissima illius interpretatione ΟΜΟΙΑΣ *similis* vers. 4. non deceptus adiunctum graviori errore in adverbium *similiter* abire iussisset, quasi in marmore scriptum esset ΟΜΟΙΩΣ. Ibi enim coniugis nomen proprium latet ΟΜΟΙΑ, Homoea. Huius Epitaphii clausula qualemcunque temporis, hoc est ΜΗΝΟΣ ΓΡΙΤΟΥ notam offert, quam *Patinus* de *mense tertio* annuae *Aelii Bionis Stephanephoriae* accepit, eumque hac in re secutus est *van Dale*, in *Dissertatione* V. *de Stephanephoris Graerorum*, c. 1. p. 378 quod nollem. *Norisius* enim de *Epochis Syro-Macedonum*, Dissert. I. p. 26.=29. iam optime docuerat, per illum *mensem tertium* non cap-

capti a *Bione* honoris, ſed anni Macedonum Aſianorum intelligi oportere.

CLVII. 4. Quam nunc e ſuis, eam poſt duo folia, CLX. 5. e *Cyriaci* ſchedis protulit, neutrubi editorum *Cyriaci* Epigrammatum memor., p. XX. 133.

— 6. Eiusque *Veteri Latio Profano*, Tom. V. L. VIII. c. IV. p. 66. Hoc tamen exemplum *Gudiano*, CIV. 3. ſimilius est, quam *Vulpiano*. Apud *Vulpium* enim. verſ. 2. deest M. F. verſ. 3. IVNONIS legitur, et verſ. 5. non L. F. ſed C. F. appellatur.

CLVIII. 2. Immo in Coemeterio S. *Sebaſtiani*, vt videre est apud ipſum *Marc. Anton. Boldettum*, in *Supplementis Obſervationum* ad *Coemeteria*, p. 807.

CLIX. 1. *Marm. Felſin.* VIII. III. 469. eumdemque titulum iam occupaverat *Fabrettus* III. 260.

— 2. *Marmor. Piſaurenſ.* CVIII. p. 48.

— 4. Baſis marmorea Puteolis allata ad *Ianuarium de Andrea*, Senatorem regium, in *Vignolii Inſcriptionibus Selectis*, p. 187. quam etiam Inſcriptionem animadverſionibus illuſtravit *H. Dodwellus* in Epiſtola ad *Godofr. Chriſti*, *Goetzium*, Lipſienſem, *Iulii Vitalis Epitaphio Musgraviano*, *Iſcae Dummoniorum*, 1711. 8. inſerta, p. 31=37. vbi tamen bis non NEMONIO et NEMONIVS ſed MEMONIVS legitur.

— 5. Tametſi huius formae exempla iam dederit *Franc. Martius* in *Hiſtoria Tiburtina*, L. V. p. 65 Tom. VIII. Part. IV. *Theſaur. Ital.* tum ex *Andreae Baccii Diſcorſo dell' Aque*, *Vul-*

Vulpius Veter. Latii Profani, Tom. X. Parte II. p. 469. *Pinarola*, vel *Pinarolius* in *Antichità di Roma*. et ex eo *Keyslerus* in *Itinere Noviss.* Tom. II. p. 161. tamen non sigillatim ita extitisse crediderim, sed partem esse, siue fragmentum superioris tituli, XCIII. 2. qui etiam *Reinesii* fuit. Vereor quoque, ne integra voce incisum in lapide sit IGIAE. sed hac duntaxat sigla I. Vnde efficio: *Magnae Deum Matri* IDEAE, cuius *Sacerdos* fuisse videtur *Proculus*. Hanc enim vocem non cognominis, sed dignitatis notam prae se ferre putem, licet in Indice Nominum Muratoriano *Proculus* cognominetur *Sacerdos*.

CLX. 2. Class. IV. 11. vers. 2. schedae *P. Petavii*, quas inspexi, offerunt PACULLAE. sed cognomen sanius est PROCULAE.

— 3. Class. I. 81. et *Donatus* in *Supplem.* LXXVIII. 1.

— 4. vitiosum cognomen est CHAPITO quod etiam in Indice repetitum, recte vero apud *Doniam*, IV. 7. CHARITO.

— 5. Vide paulo ante ad CLVII. 4. Assentior tamen *Muratorio*, duas hic in vno lapide mixtas esse Inscriptiones censenti. Πελληνευς vero non est civis oppidi *Pellenes* in *Achaia et Peloponneso*, vt ait *Muratorius*, *sitae*, qualem fateor me ignorare, sed vel *Pellae*, veteris Macedonum regiae, vnde Alexander subinde *Pellaeus iuvenis*, vel Παλληνης peninsulae et oppidi Macedoniae, quasi Παλληνευς.

— 7. *Class.* IV. 14.

CLXI. 1. Praemitti sane debuerat ΔΙΙ. quod

quod postulant edita *Cyriaci Epigrammata*, III. 33. Quinque vero diversos hic lapides in vnum conflatos esse, eadem *Cyriaci* Epigrammata, III. et IV. 35=37. inspicienti, facile apparebit.

— 3. *Class.* IV. 5.

— 4. Poteratne, qui *Lupi* scripta tractaverat, nescire, ab ipso in Dissertatione ad *Epitaphium Severae Martyris*, p. 3. iam in lucem prolatam esse.

— 5. Dudum quoque hanc debebamus *Mutio Phoebonio* in *Historiae Marsorum*, L. I. c. 8. p. 26. Tom. IX. Part. IV. *Thes. Ital.* ipsique *Donio*, IV. 8.

— 6. Corruptiorem infra recoxit Muratorius, MCMXCI. 4.

CLXII. 1. Ex iisdem schedis *de la Condamine*, Iesuitae, habuit *Erasmus Froelichius* in *Animadversionibus in quosdam numos veteres vrbium. Viennae Austriae*, 1738. 8. p. 76. neuter scivit, iam promulgatam fuisse ab *Hesselio* in *Appendice* Praefationis ad *Gudium*, Stella 5. fol. 2. n. LXIII. vers. 3. per Αντωνιαν Ιυλιανην eandem intelligo, cuius Ουσιας meminit alius arcus Ephesinus, vt supra observavi ad *Murat.* CXVIII. 2. p. 8. huius Tomi *Actorum.* vers. 9. την Τειμην reddere non debebat *honoris titulum*, sed *statuam.* Αναςησαντων recte Bimardus; Hesselius contra male Αναςασαντωι. vers. 10. pro nihili literis ΟΣ ΠΟ legendum esse puto ΠΟμπηιον, sive is fuerit *Pompeius Metrodorus* sive potius *Pompeius Metrodori* Filius, cuiusmodi etiam infra, DXC. 2. occurrere videtur. *Metrodori* saltem nomen in lapidibus

bus Ephesinis et Smyrnensibus frequens, vt *Murat.* MDCXXXIV. 8. verf. 13. corruptum nomen ΚΑΙ ΟΠΙΟΥ sic restituo ΚΑΛΟΠΙΟΥ.

—— 3. *Clasf.* IV. 15.

—— 4. Atqui vero iam antea lucem viderat in *Marmor. Brixianis Rubei*, p. 236. quam eandem Epigraphen cur denuo vulgaverit *Donatus*, in *Supplem.* XLV. 5. nescio.

CLXIII. 1. *Palaeographia Graeca*, L. II. c. 6. p. 160. eumdem quoque descripsit *Turnefortit*, in *Itinere Orientis*, Tom. III. Epist. XXI. p. 320. Tom. III. ed. archetypae, cuius exemplo *Wesselingius* cum suo *Ryn Rynen* de *Asiarchis*, p. 26. maluit, quam Muratoriano vti, cum verf. 2. Αρχιερειαν mimine eiusdem dignitatis atque Ασιαρχιαν fuisse approbaret. verf. 3. Αποyονον Βασιλεων ex regibus quippe Galatarum v. *Io. Masson*, in *Collectaneis Historicis de vita Aristidis*, ad A. DCCCCXXII. §. 4. verf. eod. ΘΥΓΑΤΕΡΑ ΤΗΣ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ, recte vertit Muratorius *Filiam Metropolis.* quoniam vrbes olim honoris causa, mares et feminas *filios*, *filias*ue adoptaverant, exemplis hanc in rem opportune allatis a *Gisb. Cupero*, in *Literis Criticis*, p. 59, 60. et eruditissimum *de Boze*, in *Reflexions sur une Medaille de Galerius Antoninus*, p. 475. *Mem. de l'Acad. des bell. Lettr.* Tom. XV. ed. Paris. verf. 7. Ιυλιυ Σεουηρυ. quem eumdem esse putat *Io. Massonus* l. modo ante l. *Severum*, atque Asiae Proconsulem *Aristidis* tempore circa A. V. CMXXII. clarum verf. 10. lacunam vocis ΥΠΕΡΡΑ . . . extrusa altera litera Ρ.

 quae

quae prioris pedisfequa inutilis est, explere velim ΥΠΕΡ Ασιας.

—— 2. In *Monumentis Brixianis*; p. 272. Sed vereor tamen ne *Vinaccesius* duas hic Inscriptiones commiscuerit. *Clodiae* faltem *Procillae* titulum, iam antea a *Reinesio* commemoratum, V. 8. figillatim recenfuerat ibidem, p. 236. n. 10. Eodem tamen pacto e fchedis *Gnocchi* renovavit *Donatus*, in *Supplem*. XCIV. 6.

—— 3. E collectaneis *Archinti* iam protulerat *Fabrettus*, X. 181. *Matidiae* huic matri *Sabinae*, et alterius *Matidiae*, propter *Sabinam*, vrorem fuam Hadrianus *Socrui fuae honores praecipuos impendit ludis gladiatoriis*, *ceterisque officiis*, tefte *Spartiano*, in *Hadriano*, 9. et *in honorem focrus fuae aromatica Populo donavit*, eodem auctore, c. 19. Singularis numus est *Matidiae Aug*. *Divae Marcianae F.* cum imagine Pietatis, duas filias vlnis geftantis, in *Mufeo Mufelliano*, Tab. LXXI. et cum aquila, confecrationis indice, apud *Begerum* in *Thefauro Brandenburgico*, Tom. II. p. 653.

—— 4. Nunc *Mufeum Veronenfe* exornat, cuius interpres doctisfimus fuit *Maffeius*, p. LXXXIII. 2: feq. verf. 4. nofter legendum exiftimat AER. Sed donum illud et *triginta aereis numis* vix ftipis nomen meretur. Forte N. idem fignificat, atque vulgare illud HS.

CLXIV. 1. Vbi iam a *Fabretto* occupata fit, indicavi in *Periculo*.

—— 3. Hoc Smyrnaeum fane *Marcellinae*, facrorum antiftitis, monumentum primum in aedi-

aedibus *Patinianis* Patavii ſervabatur, teſte *Caroli Patini* nimis copioſo *Commentario*, *Patavii* 1688. 4. edito, et luculenta eius pictura, quae longe aliam nobis verſuum et literarum faciem oſtentat: tum mortuo fortasſis *Patino* ad Camillum Comitem *Silveſtrium* migravit, indice eius *Iuvenale*, in annotationibus ad *Satiram* VI. p. 357. vbi rurſus depictum eſt, omisſo tamen titulo arae, in medio poſitae iuxta ſiniſtrum latus Marcellinae, inde tranſiit in Muſeum *Veronenſe*, minori modulo reddita eius imagine, p. XLVII Tab. I. n. 5. et LV. cuius interpres *Maffeius* tituli fidem, neſcio an nimis faſtidioſe, in dubium vocat. Sic enim facile quis, fucum vbique ſubodorando, Pyrrhoniſmum in rem Epigraphicam induxerit.

—— 4. Legitur non modo apud *Chishullum*, in *Antiquitatum Aſiaticarum Parte altera*, p. 4. n. II. et *Hesſelium*, loco a me in *Periculo* laudato, ſed etiam *Pocockium*, *Inſcript.* p. 37. n. 34. et *Richard. Chandlerum*, in *Syllabo et Notis*, p. V. ad n. XXXVI. In fine verſuum hic illic literula deſideratur, quam *Chishullus* ſuo more, quaſi integre omnia in lapide legerentur, addidit. Superior pars tituli hanc forſitan quoque initio praetulit formulam: H *βυλη και ὁ Δημος ετειμησεν.* Verſ. 5. *Chishullus* exhibet ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ, et *Pocockius:* ΔΙΟΝΥΣΟΥ. quod incongruum alicui videri posſit, *Vlpiam Euhodiam* duplicem habuisſe avum, niſi diverſus ſit pro paterni et materni ſanguinis iure. eo certe ſenſu magis tolerari poteſt haec lectio, quam *Hesſelii*, et *Muratorii* ΙΔΙΟΝ

ΣΟΥ i, e. *proprium sibi genus.* verſ. 6. bene explicat *Cuperus* in *Literis Criticis*, p. 550. Ανωθεν Ιερειων και κοσμητειρων per genus repetentem *a ſacerdotibus et ornatricibus ſignorum.* verſ. 9. non plene legitur Στρατονικης ſed ΣΤΡΑΤ. et ΣΤΡΑΤΩ. vnde *Corſinus* in *Addendis* ad *Notas Graecas*, p. 88. ΣΤΡΑΤΩνικης, explevit. Reliqua accuſandi caſus verba verſ. 10. ſeqv. a *Cupero* itidem bene illuſtrata, non ad ſororem, ſed ad ipſam *Vlpiam Euodiam* referri debent. An vero δια των γονεων iungere nos oporteat cum αναλωμασι quaſi ſumtus illi ſuppeditaverint dubito. Forte parentes ſtatuam a Senatu Epheſino decretam filiae poſuerunt.

CLXV. 1. Eodem, quo *Muratorius*, anno integriorem *Gruteriana* Inſcriptionem exhibuit quoque *Ioſeph. Roccus Vulpius* in Epiſtola Etruſca *de centum Inſcriptionibus* ad P. *Calogeram*, in eius *Opuſculis Scientificis et Philologicis*, Tom. XIX. p. 136 n. 34. ſed qui verſ. 7. pro B. exhibet D. vnde ſiglas D. M. ſine necesſitate interpretatus est *Dulcisſimae Monumentum Fecit*, cum ſimpliciter legi posſit et debeat: *Bene Merenti*, Sic etiam, vti *Tafurius*, in Muſeo principis *Iuvenatii* vidit et deſcripſit *Emman. Martinius*, IX. *Epiſtol.* XI. p. 94. Tom. II. ed. *Weſſel.* Eundem titulum ex *Pratilli Via Appia* repetiit *Donatus*, LXXIX. 6.

— 2. Per edita cura Cardinalis *Polignaci* intelliguntur Tabulae *Ghezzio—Rosſianae*, Romae 1731. forma Atlantica XV. 25. cum antea iam ſive a *Franciſco Blanchinio*, Veronenſi, in *Camera ed Inſcrizioni Sepul-*

pulcrali de' Liberti &c. in *Roma* 1727. fol p. 35. f. n. 66. sive ab *Ant. Franc. Gorio*, in *Monumento, sive Columbario Libertorum et Servorum Liviae Augustae, Florentiae* 1727. fol. p. 144. CV. promulgata et illustrata esset. cuius exempla si vere consuluisset ille animadversionum ad *Neoporti Antiquit. Roman.* Sect. VI. c. V. §. III. p. 483. auctor, hanc *Philematium* fuisse vicariam sacerdotem Liviae, ideo non coniecisset, quoniam *Livia pro sua impotentia* (scribere voluit fastu) *matronarum aliarum sese longe inferiorum congressum familiarem atque in sacris parem fugerit.* Copulavit enim re dissocianda. *Philematio* quippe, *mater Maenali*, poterat esse *Augustae Liberta*, neque tamen propterea *Augustae Sacerdos* quasi vicaria eius, sed in genere *Sacerdos bonae Deae*, cuiusmodi plures in titulis commemorantur, sumi debet. Argumenta, quibus ibidem vtitur vir doctus, ad illum locum apta non sunt.

— 3. vers. 3. *Sacerdoti Divarum Decreto Decurionum* v. *Hagenbuchii Epist. Epigraph.* p. 585.

— 4. *Veronae Illustratae* Part. I. n. XXIII. p. 355. repetita deinceps ab eodem *Maffeio*, in *Musei Veronensis* LXXXIII. 1. vbi siglas, CL. MAI. vel *Collegii Maiorem*, vel *Claudialem Maiorem* denotari suspicatur. *Brevalius* in *Remarks on several Parts of Europe*, Tom. II. p. 119. pro more suo negligenter et audacter offert vers. 2. CARRVS, et vers. 3. CIBELES MATRIS.

— 5. Paulo sincerius idem titulus infra re-

redit, MCMLXXXI. 2. vnde apparet, verſ. 9. non SACERDOTA . . . . *quaſi Sacerdotabus*, coniectore non admodum felici *Muratorio* legendum esſe, ſed SACERDOTe *Aulo Seranio Catullo*. Hanc vero Epigraphen loco novisſimo ait *Muratorius* illuſtratam esſe ab Abbate *Oliva*, ſed quo in libro, quando, et vbi id factum ſit, non memini me vsquam legere. Id ſcio, a *Laineo* quodam lucis aliquid huic allatum esſe in ſingulari diſputatione, *Cannegietero* in Epiſtola ad *Lyndenium*, p. 21. prorſus incognita, (*Disſertation ſur les quatres Deesſes Soeurs, filles de Cadmus*) in *Memoriis Trevoltinis*, A. 1738. menſe *Iulio*. *Artic*. LXXVIII. p. 1380.

CLXVI. 1. eruta in ruinis *Segeſtae*, teſte *G. Gualthero* in *Inſcriptionibus Minorum in Sicilia vrbium*, n. CCCXXI. p. 658. *Theſ. Siculi*, Tom. VI. Ex eo fonte aiunt ſe hauſisſe *Triſtanus*, *Reineſius*, *Cuperus*, *Muratorius*, et tamen pasſim a Gualtheriano exemplari discesſionem faciunt. verſ. 1. ΔΙΟΔΩΤΟΣ Gualtheri l. l. *Triſtani*, (*Commentar. Hiſtor*. Tom. I. p 25.) *Reineſii* (V. 11.) *Cuperi* (in *Harpocrate*, p. 126, 127.) a *Muratorio* fruſtra mutatur in ΔΙΟΔΩΡΟΣ. tum ΑΠΠΕΙΡΑΙΟΣ a *Reineſio* convertitur in ΑΠΤΕΙΡΑΙΟΣ, ipſique titulo intruditur a *Cupero*, quaſi fuerit *Apterae*, Cretae in oppido, natus, cum apud *Gualtherum* diſerte ſcribatur ΑΠΠΕΙΡΑΙΟΣ: vnde corrigendum puto ΑΠΕΡΡΑΙΟΣ. i. e. *Aperris* non *Apperis* Ciliciae ex vrbe ortus. verſ. 2. *Gualtheri* primam nominis ſyllabam ΤΑ *Triſtanus* in TAN mutavit, *Reineſius* omiſit, et *Cuperus*

rus revocavit. Immo legendum est vno vocabulo ΤΑΜΙΝΤΡΑΝ ΑΡΤΕΜΟΝΟΣ i e. *Taminyram Artemonis* filiam, non uxorem, vt vult *Cuperus*. verſ. 4. dandi caſum ΑΦΡΟΔΙΤΑΙ ΟΥΡΑΝΙΑΙ invitis omnibus, quos nominavi, viris doctis, in generandi caſum ΑΦΡΟΔΙΤΑΣ ΟΥΡΑΝΙΑΣ abire iusſit *Muratorius*. nullo iure. Conſecravit enim *Diodotus* ſororis ſtatuam Veneri coeleſti.

—— 2. *Hiſtor. Genealog. Reg. dom. Saband.* T. I p. 33.

—— 4. *Veron. Illuſtrat.* Tom. I. p. 355. n. XX. et in *Muſeo Veronenſi*, XCII. 6. vbi AFRICANIVS non AFRICANVS.

—— 6. *Antiquit. Gall. Epiſt.* IX. p. 49. Eandem iam ſupra deſcripſerat *Bimardus* Disſ. II. p. 85. verſ. 3. male hic divulſa eſt litera B. a VIR. quae rurſus nexa Flaminem VIRBialem denotat.

CLXVII. 1. haud dubie ex libro *Dionyſii Bonfanti* de *Sanctis Sardiniae*, (*Triumpho de los Santos del Reyno de Sardenna. en Callero*, 1635. fol.)

—— 2. Cum hanc e ſchedis ſuis mitteret *Bimardus*, certisſime non meminerat, bis terve antea iam lucem vidisſe apud *Gruterum*, CDXXXIV. 11. *Guichenonium*, in *Hiſtor. Geneal. Domus reg. Sab.* Tom. I. p. 40 et *Sponium*, in *Hiſtoire de Geneve*, Tom. II. p. 328. n. XXVII. omnes conſtanter offerunt SEMATO, pro quo *Reineſius* vult SEDATO.

—— 4. Itidem iam prodiit apud *Sponium*, loco modo ante laudato, Tom. II. p. 339.

n. XLIV. poftea quoque locum invenit in *Donati Supplemento*, LXXX. 7.

— 5. id fragmentum tituli non ea occurrit facie apud *Rubeum* v. *Le Memorie Bresciane*, p. 122.

CLXVIII. 3. Quem ex fchedis *Galiardi Guirani* titulum miferat, eius iam antea vulgati meminisfe oportuerat in *Explicatione duorum vetuftorum Numismatum Nemaufenfium ex aere*, p. 1015. *Thefauri Antiquitatum Salengriani*, Tom. I.

— 4. *Marm. Felfineorum*, V. XIX. p. 345. a quo vitiofisfime defcripta, longe emendatior redit infra, CCCXXXI. 1.

— 5. e fchedis fuis protulit *Muraterius*, quam dudum *Gruterus*, CCCXXII. 10. Thefauri fui literis cuftodierat. verf. 3. verborum compendia fic expleat *Flaminica* MVTinenfis.

— 7. *Infcript. Flor.* Tom. I. p. 450. n. 88.

CLXIX. 2. v. *Tabulas antiquas Siciliae*, p. 482. n. 130. Tom. VI. *Thef. Siculi.* vbi ab initio plura verfuum et fragmentorum indicia.

— 3. Silentio praeteriri poterat, dudum iam emendatius prolata a *Grutero*, MLXXXVIII. 10. vbi verf. 1. IVNIAE legitur, inutilisque illa copula ET omittitur. tum verf. 3. L. Maecius cognominatur NANVS.

— 7. *Marm. Felfin.* VIII. VI. p. 486.

— 8. *Clasf.* I. 84.

— 9. Cur *Gorius* ex fchedis *Iucundi* miferit,

rit, quam in Donio iam se dedisse, IV. 30. noverat, rationem non intelligo, neque, cur vers. 5. siglis expresserit, quae apud *Donium* sine literarum compendio BENE MEREMTI cernuntur, video.

— 10. itidem fundus est in *Donio*, IV. 31. vbi tamen deest cognomen VITALIS.

CLXX. 1. Class. IV. 40. et VII. 193. *Gorius* quoque non meminerat bis relatum esse titulum.

— 2. Class. IV. 37. ad quem locum animadverti velim, *Gorium* pariter ac *Muratorium* nesciisse, hunc titulum iam a *Fabretto*, V. 313. prolatum esse, scriptumque LYSIVS et LYSIAE.

— 3. *Antiquit. Gall. Epist.* XVI. p. 80. vbi HARISPICI legitur.

— 4. Nihil ad hanc Epigraphen conduxit *Muratorius*, nisi quod iam *Gorius* ad *Donium*, IV. 39. observaverat. Vtinam eo indice de huius memoria a *Fabretto* iam occupata, IV. 502. motus totam omisisset, saltem anaglyphi picturam, quam nescierat *Gorius* apud *Laur. Begerum*, in *Thes. Brandenburgici*, Tom. III. p. 468. et ex eo apud *Montefalconem*, *Antiquit. Explic. et Schemat. Illustr.* Tom. V. L. IV c. V. p. 145. s. Tab. 123. extare, conspiciendam praebuisset, aut verbo significasset, ante *Fabrettum* eiusdem meminisse *Malvasiam* *Marm. Felsin.* VIII. VIII. 498. nec in Indice deesse iussisset nomen: *Helius Asinianus*. Eiusdem tituli memoria nescio quam ab caussam renovata est a *Donato* in *Supplem.* LXXXII. 8.

— 5. *Don.* IV. 32. 33.

 — 6.

— 6. *Gor*. Tom. I. *Inscripti Flor*. p. 122. n. 5. In varias se hic ipse Muratorius coniicit turbas vno pulveris coniectu dissipandas. Quid enim attinet *Publicum* de servo accipere, cum incredibile sit, etiam novis Caesarum moribus *Augures* e servis aut cooptatos aut lectos fuisse, deque *Publici* cognomine aliunde constet ex *Grutero*, DCLXI. 1. et DCCXCII. 1. siglam vero PAL. hoc est PAL*atina* sc. tribu, non necessario cum FVRIANVS iungere nos oporteat, etsi *Gudius* id voluerit ad *Gruterum*, CCCIII. 3. et *Holthenus* in Indice adhuc inculcarit. nec Palfuriani cognomen aptum locis, improbem; constanter saltem τελεια στιγμη inter PAL. et FVRIANUS occurrit apud *Smetium*, qui vidit, et magnae apud me auctoritatis est, XLIII. 11. *Gruterum* l. l. *Gorium*. neque nullius momenti est, *Scaligerum* in Indice *Gruteriano* nomen sic edidisse integrum: *Felix Publicius* vel *Publicus Pal. Furianus*.

CLXXI 1. Si *nativum tandem* huic titulo, vt ait noster, *vultum reddiderunt Norisius* in *Cenotaphiis Pisanis*, *Dissert*. I. c. 3. p. 37. et *Gorius*, *Inscription. Florent*. Tom. II. p. 23. n. 16. decebatne eum deformare, et capite suo privare infra, MLXX. 7? De *Curatore Kalendarii Florentinorum*, quod obiter adnoto, vid. *Reinesius*, ad I. 24. p. 52.

— 2. nisi varia *Vrsati* Scripta ad manus habuissem, vix cubilia fragmenti divinare potuissem, quae in eius *Historia di Padoua*, libro satis raro, Part. I. Libr. I. p. 61. latent.

— 3. quomodo e *schedis suis* promulgare po-

potest, quod dudum *Gruteri*, CCCIV. 7. et iterata *Fabretti*, IX. 125. et X. 349. opera, excepto ſolo nominis CASSENI diſcrimine, innotuerat?

— 5. *Inſcript. Florent.* Tom. II. p. 411. n. 14.

— 6. *Claſſ.* IV. 41.

— 7. *Claſſ.* IV. 42. ad quem locum cum *Gorius Fabretti* exemplum, X. 37. laudaſſet, Muratorii ſaltem noſtri fuisſet monere, illic ſcriptum esſe SACERDOX (ſic) PVBLI-CVS . . . PRIVATVS. vti etiam apud *Olivierium*, in *Marmor. Piſaurenſibus* ad n. XXVII. p. 58. vnde *Dorvilius* ad *Charitonem*, p. 663. *ante Privatus* aliquid *excidisſe* ſuſpicatus eſt.

— 8. *Select. Inſcription.* p. 305. et *Gorii Inſcript. Florentin.* Tom. III. p. 97.

CLXXII. 1. En rurſus haud leve incuriae argumentum! Primum hic marmoris titulus, neſcio Schedarum *Fontaninianarum*, an *Franciſci Berettae* fide, locatur Romae, qui certisſime initio ſuperioris ſaeculi Patavii inventus, in Muſeo *Contareno* legebatur a *Vincent. Pinello*, e cuius ſchedis, XVII. verſibus integriorem, habuit *Gruterus*, CXXVIII. 1. ibidemque ſub finem ſaeculi illius a *Franc. Salomonio* viſus et deſcriptus erat, quamquam minus emendate in *Inſcriptionibus Agri Patavini*, p. 81. Dein ſcire velim, quis eum docuerit, mera hic recenſeri *Augurum Nomina:* et tandem cui perſuaſerit, feminas quoque in Collegiis *Augurum* esſe potuisſe. Disſimulare non licet, in altera hic columna duo reperiri nomina CLAVDIA HELPIS et L. VALE-

RIVS

RIVS SECVNDVS. quae in exemplo *Pinelliano* apud Gruterum desiderantur, nec non C. Valerium GRAtum cognominari, qui GRAECVS apud *Gruterum*.

CLXXIII. 1. dudum integra legebatur apud *Gruterum*, DCCCLXI. 13.

— 2. eamdem Tusculi repertam ad prata Porcia iam retulerat *Bonannus*, in *Museo Kircheriano*, Class. IV. 39. et e *Dominici Georgii* Dissertatione *de Vestalibus* descripserat *Vulpius Vet. Lat. Profan.* Tom. VIII. Libr. XIV. c. 8. p. 216 vbi vers. 3. plene: VIRG. VESTALI MAXIMAE et vers. 4. IMMVNI.

— 3. e Codice Einsidlensi decerpsit *Mabillonius* in *Veteribus Analectis*, p. 364. n. 79.

— 5. ad *Epitaphium Severae Martyris*, p. 23. (1.) item ex recensione *Leslei* habuit *Vulpius Vet. Lat. Profani*, Tom. X. Part. I. L. XVIII. c. 4. p. 152.

— 6. iam ex *Rubei Memoriis Brixianis*, p. 308. n. 14. decerpserat *Fabrettus*, II. 296. postea vero emendatiorem plenioremque dedit *Maffeius* in *Museo Veronensi*, CXV : 5. vers. 5. legens QVINTIAE P. F QVINTAE et vers. 6. addens: C. VIRATIVS QVINTINVS. cuius exemplum imitatus est *Donatus* in *Supplemento*, p. 81 : 5.

— 7. Class. IV. 17. lego vers. 2. OVF. h. e. Oufentina. vers. 4. et 5. *Vestinus Africani Consulis Filius*. Nomina *M. Vibii* et *T. Sexti Magistri* in Indice Nominum praetermissa sunt.

— 8.

— 8. Claſſ. IV. 18. ſecundus verſus ita ſuppleri debet: *Q. Pompeio Q. F. Quirina Senecioni.* argumento lapidis *Sponiani*, V. Miſc. p. 189. et *Gudiani*, CXXXVI. 5.

CLXXIV. 1. Claſſ. VIII. 1. ad quem locum omnia occupavit *Gorius*.

— 2. *Donati Supplem.* LXXXIII. 2. verſ. 10. leg. *Vettia* non *Ettia*.

— 3. Quod ad Servam Veneris attinet, v. quae obſervavit *Cannegieterus* de *Nominibus*, c. XII. p. 67.

— 5. Claſſ. IV. 12. Neque *Gorius* neque *Muratorius* cognitum habuit, eumdem titulum reperiri apud *Reineſ.* I. 207. et *Gudium*, XCIX. 4.

— 7. In *Hiſtoria di Trieſte*, h. e. Hiſtoria Tergeſtina, L. III. c. III p. 212. ſ. non erat, quare de Προσπολων ſenſu laboraret, ſi modo non immemor fuiſſet eorum, quae ſupra ad hunc ipſum titulum ex *Schönleben Carniola Antiqua et Nova* decerptum animadverterat *Bimardus* in *Diatriba*, p. 66. ſ.

CLXXV. 1. Mirum videri poſſit, eumdem lapidem, qui circa tempora *Pontani*, h. e., vt reor, *Iohannis Ioviani Pontani*, *Puteolis in Campania* viſus et deſcriptus erat teſte *Grutero*, LXVI. 9. nunc in ſchedis *Muratorii*, vt indigenam velut *Carthagenae*, et tanquam inauditum antea, etſi pictura canis et palmae ornatiorem, tamen nomine et integri verſus defectu vitioſiorem, laudari. Apud *Gruterum* enim verſ. 3. ECLECTIANVS appellatur, et post verſum 5. inſeruntur SACERDOTES.

— 2.

—— 2. Schedarum vicem ſubire debuisſent edita *Cyriaci Epigrammata*, p. IV. 38. in quibus. verſ. 6. non est ΚΑΡΙΞ, ſed ΚΑΡΥΞ, pro Κηρυξ. verſ. 7. ΦΙΛΙΣΓΙΩΝΟΣ. verſu 9. asſutus temere est titulus, cuius formula alio loco ſigillatim commemorata in *Cyriaci* Epigrammatibus, p. IV. 37. non continet nomen ΣΩΣΤΡΑΤΑ ΕΟΠΑΤΟΥ ſed ΣΩΠΑΤΡΟΥ, ſuperiorique iam loco, CLXI. 1. male cum aliis eius generis nexa fuit. Immo vero fide Epigrammatum Cyriaci verſus vltimus haec complectebatur nomina. ΣΟΦΟΚΛΕΟΣ ΟΙΝΟΧΟΥΣ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ.

—— 4. in *Septem Aſiae Eccleſiarum Notitia*, p. 31. quae Epigraphe diligentiam *Ryni Reynen* de *Aſiarchis*, p. 69. effugere non poterat, etſi iam corpori *Muratoriano* illatam esſe neſciret.

CLXXVI. 1. De *Hieropoeis* lege *A. van Dalen* de *Marmoribus*, Disſert. IX. p. 742. cuius vitulo *Muratorius* arasſe videtur.

—— 2. Rectisſime animadvertit noſter, de graeco latine verſum esſe titulum, qui ſane dudum Graece extitit apud *Gruterum*, CXXIX. 15. et MXXI. 7. it. *Reineſ.* I. 241. Ideoque latine effictum, quem ipſe poſtea non necesſaria repetitione graece retulerat, DLXX. 3. neque dare, neque verſ. 6. vitio deformare debuerat, *Polemarcho* inquiens *Alexameno*, *et Damone*, quaſi duo Polemarchi fuerint, cum in graecis ſit Αλεξαμενω Δαμωνος, *Alexamone Damonis Folio.*

—— 4. Praeter *Sponium* a me in *Periculo* laudatum, diu iam haec Inſcriptio cuſtodita

erat

erat literis *Malvasiae Marm. Felsineor.* Sect. VII. c. IX. p. 434. quid igitur attinebat eamdem denuo, tamquam cramben bis coctam, apporere. Multo minus veniam habuit *I. C. Amadutius*, cum in *Sylloge Inscriptionum*, p. 467. n. 11. Vol. III. *Anecdotorum Litterariorum*, hanc ipsam antea non vulgatam esse crederet. cui fortassis errori occasionem dedit omissum in *Indice Muratoriano* nomen: *C. Aemilius C. F. Fab. Antoninus.* An vero natale velut eius solum *Roma* fuerit, cum *Muratorio* iure dubito, quoniam ad *Municipium* quoddam respicere videtur. Id autem Municipium fuit *Tibur*, vbi *Franc. Martius* in *Historia Tiburtina*, L. II. p. 21. *Thes. Ital.* Tom. VIII. Part. IV. lapidem *repertum* esse ait, *prope Ecclesiam S. Andreae;* cui assentitur *Vulpius Vet. Lat. Profan.* Tom. X. Part. I. L. XVIII. c. IV. p. 145. vnde etiam apparet, non hic de Hercule *Romae*, sed *Tibure* culto sermonem esse, vtpote qui *Tiburtinus Hercules*, iudice *Vulpio*, ferme semper *Victoris* nomine venisse dicitur.

CLXXVII. 1. h. e. *Tabulis Ghezzio-Rossianis*, IX. A. vbi non minus, quam apud *Gorium*, in *Columbario Libertorum Liviae Augustae*, Tab. XIIII. tum *Franc. Ficoronium*, in *Le Maschere Sceniche, e Le Figure Comiche*, in *Roma*, 1736. 4. Tab. V. et in *Museo Capitolino*, Tom. III. Tab. LXV. eleganter depictus est Sarcophogus. Initio tituli fracto marmore excidit nomen, quod fortassis sic restitui potest: C. IVLIVS. Cum marmorarius incideret AEDITVS pro AEDITVVS cum accentu quodam

acu-

acuto, vt video expressum esse apud *Blanchinium* in *Columbario viae Appiae*, p. 10. haud dubie vulgarem imitatus est pronunciationis consuetudinem, de qua corruptela oris vulgi ipse *Muratorius* docte disputavit in *Antiquit. Italiae Medii aevi*, Dissert. XXXII. p. 990. 991. Tom. II.

— 2. *Camera ed Inscrizioni Sepulcrali de' Liberti, Servi, et Ufficiali della casa di Augusto*, p. 71. n. 28. neque tamen ita plene apud *Gorium* in *Columbario Libertorum et Servorum Liviae Augustae*, p. 86. De gratuita libertate, quam avari subinde domini servis negabant, vid. interpretes ad *Suetonii Vespasianum*, 16. et de ollarum donatione *Brummerus* ad *Legem Cinciam*, c. XIV. p. 248.

— 4. Imago quidem serpentis columnam circumplicantis, primum e Ligorianis prodiit, titulus vero Columbarii in *Via Appia* reperti, vrnasque sepulcrales, et ollas Libertorum, vernarum, et ministrorum domus *Sexti Pompeii* continentis, dudum *Petri Sancti Bartoli*, in *Gli Antichi Sepolcri overo Mausolei Romani*, Tab. 39. et ex eo *Montefalconis Antiquit. Explic.* L. II. c. IV. p. 54. *Tom. V.* Tab. XVI. opera et studio lucem vidit. Cuius Sepulcreti *Pompeiani* omnes tabulas literatas, hac sola, vt recte fecit Muratorius, omissa recensuit infra CMXXXI. seqv. Serpentis illius caussam non aliam comminisci possum, nisi iocularem, quod forte Pompeius ille et Aedituus *Domus Plutoniae* fuerit, et Medicus.

— 5=7. Classſ. I. 52. IV. 35. et IV. 34. *P. Vettii Philologi* nulla in Indice memoria.

CLXXVIII.

CLXXVIII. 2. Ediderat iam A. 1737. *Gorius*, in *Musei Etrusci* Tom. I. ad Tab. XX. p. 70. disputavitque ibidem de *Arna Tuscorum Dea*, p. 69, 70. Mirum neutrius aperte meminisse neque Muratorii neque Gorii *Maffeium*, *Mus. Vet.* CCCLX. 2. et nescio quo repetendi morbo inductum *Donatum*, non modo, XLV. 8. sed etiam LXIV. 5. *Maffeius* tamen operarum vitium PRILEROS notavit, vers. 1.

—— 3. *Diario Italico.* c. XXV. p. 381. et *Gorio Inscript. Florentin.* Tom. I. p. 373=377. n. 128. qui ad hunc locum ita disputavit, vt actum agerem, si vel lacunas supplere vel lectionis Παςοφορος verisimilitudinem defendere, vel de *Pastophoris* aliquid, quod non prius dictum sit, commemorare vellem. Inde apparet, quanti sit in re Epigraphica momenti, non solum generatim edere nomen auctoris libri, sed etiam librum, et sedem fontis, vnde quid ductum est. Sic enim nostro iudicio vti libere possumus.

CLXXIX. 1. Eodem pacto quid opus erat dissimulare, iam antea *Gorium* de eodem monumento bene meruisse? in Praefatione ad *Donium*, Classe IV. Tab. VIII. p. LX=LXXIII. quem in consilium vocare non poenitebit, vti *Cistophororum* gratia *Alex. Xaverium Panelium de Cistophoris*, *Lugduni*, 1734. 4. et *Ioh. Lamium*, *sopra le Ciste Mistiche*, in *Saggi di Dissertazioni Accademiche*, Tom. I. Diss. VI. p. 63=79.

CLXXX. 1. inventa est in insula Delo, primusque edidit *Dominicus Georgius*, in *Ragio-*

namento, intorno a due Iſcrizioni Greche, p. 205. Tom. XV. *Calogerae Opuſculorum Scientific.* vbi clare: verſ. 6. ΤΗΣ ΝΗΣΟΥ et verſ. 10. ΕΠΟΙΟΥΝ legitur. vnde facile *Muratoriani* exempli vitia a *Leichio*, in *Novis Emendationibus Graecarum Inſcriptionum*, p. 57. et *Maffeio* in *Muſeo Veronenſi*, p. XXXVII. 1. corrigi poterant, qui novisſimus tametſi recte *Georgium* iureque notarit, tamen id ei laudis tribuere debuisſet, veram eum marmoris lectionem praeivisſe. Cum vero *Muratorius* loco *Ciceronis* IV. *Verr.* 3. abuſus, poſtea *Leichius* loco *Maximi Tyrii*, Disſ. XXII. p. m. 285. ed. Londin. a *Georgio* ſatis ieiune laudato, inductus, et tandem *Maffeius* ad eumdem *Ciceronis* locum reſpiciens, opinarentur κανηφορεῖσαν eamdem esſe atque κιστοφόρον, vel λικνοφόρον, ciſtiferam, vereor ne erraverint. Aliud κανοῦν, eſt caniſtrum frugibus plenum, aliud κίστη vel λίκνον, ciſta viminea, in qua τὰ μυστικά. vid. omnino *Spanhemius* ad *Callimachi Hymnum* in *Cererem*, 127. ipſum vero titulum denuo retulit *Donatus* in *Supplem.* LXII. 2.

— 3. vti primariae tituli editionis laus *Malvaſiae* in *Marmor. Felſineis*, V. XVII. p 334. ſic repetitionis et interpretationis *Publici Pontificum* dos iam debebatur *Fabretto* IV. 505. hac ſola re praeſtabili exemplo Muratorii, quod illic ESINIANO hic plene CAESINIANO effertur.

CLXXXI. 1. Paulo alia fragmenti lapidis imago eſt ap. *Donium* I. 71. quem inſpicere neglexit. *Cultores* generatim esſe videntur, qui ſingulari cuidam Deo quaſi Flamines ope-

operabantur, vti *Saturni*, *Iovis*, *Herculis*, *Iovis Hortensis cultores*, quales occurrunt in veteri titulo apud *Franc. Mariam Pratillium*, in *Calogerae Opuscoli Scientifici e Filologici*, Tom. XXVIII. a p. 141. *Cultores Dei Publici* sunt, meo quidem indicio, qui Deum publicum, h. e. domesticum, patrium; et si ita vocare licet *Penatem* singulari cultus religione prosequuntur. Penates enim *publici* et *privati* sunt, argumento *Livii*. III. 17. et *Di publici* cum *patriis* ac *Penatibus* sociantur apud *Corn. Nepotem* in *Themistocle*. 7. Forte *Paganicae* in agro *Aquilano* Deus publicus fuit *Saturnus*. Proinde siglas D. M. S. mihi liceat interpretari: *Deo Magno Saturno*. Frustra vero hic quaesiveris cippi sepulcralis, aut siglarum *De Marsupio suo* interpretationis argumenta. In promtu Lapicidis erat *De Pecunia sua*, *De suo* h. e. aere. Tritum et familiare ipsis non videtur fuisse *Marsupium*.

— 4. Antea iam lucem viderat in *Diario Literatorum Veneto*, Tom. XXXV. Art. X. p. 258. vbi vers. 3. LAVDICAE.

— 6. Quod marmor apud *Gruterum*, DCCCLXXXII. 10. mutilum esse pronunciat *Muratorius*, id eiusdem quidem loci, diversum tamen esse censuerim. Sed huius ipsius prorsus geminum et integrius exemplar dedit *Gruterus*, CCCXV. 6. legitque recte HERCVLIS REATINI IN FVNDO QVADRIGANO. vnde facessere iubeo *Herculem Responsalem*, et signum *sub Quadriga* e cerebro interpretis natum.

— 7. Sumta haec Inſcriptio eſt non ex *Gorii Inſcriptionibus Florentinis*, vt opinari quis poſſit, ſed ex Praefatione eius ad *Donii Inſcriptiones*, p. XLI. cui tamen deeſſe hos in fine verſus auctor eſt *Dominicus Georgius* ad *Pagii Criticam Baronianam*, A. C. 243. p. 547. Tom. II. *Annal. Baron.* ed Luc.

DEDICATA V. IDVS
MAIAS
ARRIANO ET PAPO
COS
CVRANTE TI . . . . .
VITALE IIIIII
VIR. AVG.

Itane vero *Iupiter Arkanus* nunc *primum emergit?* qui dudum ex alio lapide *Fabretti*, V. 352. notus erat· de cuius Iovis Arcani vi et poteſtate vide hominum eruditorum coniecturas apud *Burmannum* in animadverſionibus ad *Anthologiam Latinam*, I. *Epigr*. LXXX. p. 61.

— 8. Claſſ. I. 5. loco prorſus alieno, in *Monumentis* quippe *ſingularium hominum*, vitioſoque nomine BRYTILVS vulgarunt *Gudii* editores CCCXVI. 10.

CLXXXII. 1. *Lucubration. Epiſtolic.* p. 8. n. 9. priores verſus ſic lego: *Mercurio Auguſto Iulius Lucifer* SAC*erdos et cultor eius Titulum cum* SER*vis. Teſtamento Dedit.* Omnes vero qui ſubſequuntur ſunt Servi, ideoque generandi caſus non *patris*, ſed *domini* cuiusque indicia eſſe posſunt.

— 2.

— 2. *Histor. Genealog. Saband.* Tom. I. p. 71.

— 4. Hanc marmoream tabulam primus edidit *Martinius* in libro *de religione veterum Gallorum*, (*de la Religion des Gaulois*, Tom. II. L. IV. c. 25. p. 193) vnde eumdem *Muratorius* nesciens, saltem non recordatus hoc loco datam esse, infra rursus descripsit, MMXVII. 2. postea *Maffeius* in *Antiquit. Galliae* Epist. XVIII. p. 87. apud Benedictinos Monachos S. Mauri vidit et recensuit, tandem *Montefalco*, qui huius exempli fons est, animadversionibus illustravit, in *Discours sur les Monumens antiques sur ceux de la Ville de Paris*, *et sur une Inscription trouvée au bois de Vincennes*, *qui prouve que du tems de l'Empereur Marc Aurele il y avoit à Paris*, *de meme*, *qu'à Rouen un College de Dieu Silvain*, Tomo XIII. *Memor. Literat.* A. 1740. a p. 129. sequ. ed. *Paris.* hanc inscriptionem ad M. Aurelii Imperatoris tempora propter Libertum eius *M. Aurelium Hilarum* referens, *Cryptariumque* de Cryptae i. e. abditae et fornicatae specus opifice accipiens. Aeque dubius sum *Cryptarius*ne operarii, an cognominis loco habendus sit, atque *Muratorius*, qui non modo in adnotatione ad h. l. sed etiam in Indice, mox in officiis minoribus, mox in nominibus collocavit. Si prius placet, cum nomine MAGNVS ἀπὸ τοῦ κοινοῦ iidem sociaverim *M. Aurelius Aug. L.* Mirum videri possit eosdem, qui hic occurrunt Curatores, Silvani Collegium restituentes, in alio titulo

ap. *Donatum* in *Supplemento*, CLXXI. 3. legi Curatores Collegii Silvani Aureliani.

— 5. *Commentario in mutilum Campani Amphitheatri titulum*, p. 46. vbi titulus bene illustratus est. Plura de *Monte Dianae TIFatinae* dabunt interpretes *Velleii Paterculi*, inprimis Cl. *Ruhnkenius*, ad II. 25. et *Gorius* ad *Don.* I. 41.

CLXXXIII. 1. et quidem libro eius, cui index, *Geminiae Matris Sacrorum titulus sepulcralis explicatus*, *Antwerpiae* 1634. 4. quem suo etiam corpori *Antiquitatum Romanarum* inseruit *Salengrius*, Tom. I. p. 612. sequ. eumdem non vna nominum et siglarum corruptela laborantem repetierunt *Reinesius* V. 14. et *Spon*. V. Misc. p. 156. Inde larga coniecturarum seges, quae interpretationis simplicitati longe magis obfuit. *Chifletio* vers. 1. placet *Geminia Secunda Iulla*, quam etiam non admodum verisimiliter defendit *Cannegieterus* in *Miscell. Observ. Nov.* T. IV. p. 211. fidem et diligentiam *Chifletii* laudans. Nihil detractum cupio *Chifletianae* doctrinae laudi, sed de acumine eius veri videndi, et summa rei Epigraphicae accuratione paulum dubito. Lapidum eius interpretationes non vno loco notavit *Reinesius*, IX. 34. XIII. 27. XIV. 64. nec emendatissimas fuisse Inscriptiones eius *Gratianopolitanas* exempla subinde, quae Gudius ab eo habuit, docent. Nescio saltem an vnquam *Secundam*, *Tertiam* rel. literis numeralibus expresserint Lapicidae, atque inter nomen et cognomen interposuerint;

rint; *Iullae* praeterea pro *Iuliae* defensio *Cannegieteriana* mihi videtur contortula, quamquam non nego Iulum a poetis assentatoribus Iuliae gentis vsiratum fuisse. Lubenter itaque cum *Reinesio* lego *Geminia Titulla*, argumento plurium lapidum, qui *Titullos*, et *Titullas* offerunt. ceteris vero *Reinesii* coniecturis obnoxius esse nolo. Restituendum quidem sic est nomen. vers. 5. *Decimus Iulius Auctus* non vero *Publii Libertus*, sic enim, vt recte *Cannegieterus*, p. 213 discreparet patroni praenomen a Liberti praenomine, sed PUBLII FILIUS. deinde postquam vidi exemplum *Francisci Ignatii Dunodi* in *Eclaircissemens sur quelques Inscriptions trouvées à Besancon* (v. *Iournal Helvetique* 1743. *Ianuar*. p. 9.) minime alienus sum ab hac lectione. vers. 6, 7, 8. FLAVIAE SEVERINAE QVAE *Monumenti* PARTem CONCES*sit*. Vel potius *QUi* pro *Cui Monumenti* PARS CONCES*sa est*.

—— 2. *Inscript. Florentin*. Tom. I. p. 413. n. 244. neque defuit in *Gudianis*, CCXLII. 2. L pro Λ Λυκαβαντος vti KAL. *Gud*. XXVI. 4.

—— 3. Commissis inter se exemplis Muratorii scilicet, cum *Maffeiano*, *Musei Veron*. CCLXVI. 3. et *Donatiano*, *Supplementi* LXXIX. 4. sic constituerim hunc titulum, *Agenniae Quartae Sacrorum Cyperus Libertus Patronae Benemerenti*.

—— 4. Dudum descripta erat in *Gruter*. MCLIX. 13. et *Marm. Felsineis*. l. l. p. 9.

—— 5. *Verona Illustrata*, Part I. p. 356. n. XXV. antea iam vti e *Schedis Barberinis* in

Fabrettinum, IV. 392. ſic ex libro ſcripto *Bibliothecae Vaticanae* in corpus *Donianum*, XVIII. 34. tranſierat. Nusquam legebatur OPILLIAE ſed OFILLIAE conſtanter. cuius nominis veritatem approbat *Muſei Veronenſis*, LXXXVIII. 1. auctoritas, vbi editor non modo in tituli capite addidit ſiglas: V. F. id eſt *Vivus Fecit*, ſed *Romanienſium* quoque *Sacrorum* vim probabiliter oſtendit. *Brevalus* contra in *Remarks on ſeveral Parts of Europe*, Tom. II. p. 127. ab initio, vt ſolet, mendoſe offert Q. V. FILIAE. Eiusdem quoque tituli meminit *Donatus Supplem.* LXXXII. 10.

—— 6. *Rhodigii* quidem in Muſeo Comitis *Silveſtrii* cuſtodiebatur, teſte eo, in Adnotationibus ad *Iuvenalem Etruſcum*, *Satir*. X. p. 531. ſed *Patavii* velut inquilinus lapis fuit, auctoribus *Scardeonio*, vnde *Gruterus* habuit XXVI. 2. et *Sertorio Vrſato*, in *Hiſtoria di Padoua*, L. I. Part. I. p. 59. Labentibus annis *Muſei Veronenſis* pars evaſit. vid. CXIV. 1. Quid igitur attinebat titulum toties commemoratum rurſus quaſi novum, et, vt falſo ibi perſuaſit, correctiorem *Gruteriano* exemplo inculcare?

CLXXXIV. 1. E ſchedis miſerat quid *Bimardus*, quod iam ab *Hesſelio* in Praefationis ad *Gudium Appendice*, ſtell. 5. n. LV. prolatum in lucem erat, neque mendis deſtitutum. Sic enim verſ. 1. B. i. e. δὶς Ἀσιαρχην leg. pro Ἀσιαρχον verſ. 2. γραμματεὺς pro γραμματεις. et Ἀσιαρχης pro Ἀσιαρχη. qui cuiusmodi fuerit, ſcilicet ſummus totius Aſiae minoris ſacrorum

Prae-

Praeſul, vnus duntaxat numero primariis vrbibus communiter per legatos lectus, non διὰ βίου, ſed ſingulis annis, vt videtur, decedens antiſtes, ſollicite definivit *Ryn Rynen* in Diatribe docta, vtinam non moleſta lectu propter frequentes Emblematum interpellationes, *de Aſiarchis.* Trai. 1753. 4. vbi ad hoc ipſum marmor, p. 36. et 38. negavit, verſum 3. *ad priora pertinere*, ſed intermedia quaedam ſpatia apud *Hesſelium* et *Pocockium Inſcript. Graec. et Latin.* p. 37. n. 32. indicare credidit, *haec inter nonnulla intercesſisſe olim, quae temporum delevit iniuria*, coniectura inani! Natura enim Zophori et Epiſtyliorum in Aquaeductus arcu, continuam verſuum ſcripturam non patiebantur. Neque ſi, verbi cauſa, Epheſus, Smyrna, Pergamus, aliae, ſuae vrbis *Aſiarcham* laudarunt, hoc ita accipiendum eſt, quaſi vnaquaeque civitas privum ſibi habuerit *Aſiarcham*, ſed quod haec illave Metropolis cive ſuo, ad *Aſiarchatus* dignitatem ſemel, iterum, tertium, vel ſorte, vel ſuffragio, vel pactione lectum fuisſe gloriabatur. Vti vero Muratorius recte Aſiarchas deſcripſit, ſic pesſime *Aſiarcham* pro Gymnaſiarcha ſumſit in Indicis Clasſ. VIII.

— 2. Rurſus quaſi ἀνέκδοτος proponitur, quem *Mutius Phoebonius*, in *Hiſtoria Marſorum* L. II. c. II. p. 75. *Theſ. Ital.* Tom. IX. Part. IV. *Fabrettus*, IX. 59. *Donius*. V. 106. et *Gudius* omnium plenisſime CVIII. 1. legendum praebuerat. quod *Gorius* etiam ad *Donium* nesciisſe videtur.

— 2. Dudum innotuit diligentia *Fabretti*, IX. 59. *Gudii*, CVIII. 1. et *Donii* V. 106. male eumdem repetiit infra DCCLXXXV. 7.

CLXXV. 2. Itidem iam bis praeiverat *Gudius* CVI. 3. et CCXXIV. 8. auctioremque dederat.

— 3. Primus edidit *Margarinus*, in *Inscriptionibus antiquis Basilicae S. Pauli ad viam ostiensem*, *Romae*, 1654. fol. p. LII. n. 570. tum *Malvasia*, *Marmor Felsin.* Sect. VII. c. VII. p. 425. Neuter verſ. 2. habet CITTVRSO ſed CITTVRVSO. Interim valde mihi corrupta eſſe videtur Inſcriptio, cognominis forma inſolens, et vox *Ballatores* ſenſus communis expers. Legere auſim T. Flavio C.F. THYRSO, exemplo *Gruteri*, CMXLVI. 10. tum PA*trono* SODALES BAL*ne*ATO-RES CYBELeo *Benemerenti Fecerunt.* Eſt igitur in cippis ſepulcralibus: et *Sodales Balneatores* fortasſis reſpiciunt ad *Lavationem* Cybeles ſimulacri et carpenti in exiguo flumine *Almone*, *in Tiberim* influente. v. *Ovid.* IV. *Faſt.* 337. 340. *Arnob.* VII. p. m. 237. et Interpretes ad *Valer. Flacc.* VIII. 239.

CLXXXVI. 1. et CLXXXVII. Quamquam picturae deerant in corpore *Smetiano*, XLVIII. 11. et *Gruteriano*, CXVI. 1. tamen elegans *Smetii* αὐτόπτου deſcriptio iconum, in hac ara quadrata conſpicuarum iacturam facile ſarcire potuisſet. Multo minus veniam habet huius tituli fragmentorum repetitio prorſus alieno loco facta, infra DCCLXIX. 7.

— 2. Don. IV. 48. nomen Hermetis

Aele-

Aesenniani in Indice desideratur. Sed extitit diu iam apud *Gruter*. CCCVI. 4. vbi *Caesenniano*.

—— 3. Produxit iam *Bonanni* in *Museo Kircheriano* III. 5. *et Vignolius*, *Inscr. Select.* p. 278. neque vllo necessitatis colore revertitur infra DCCCXCIII. 6.

CLXXXVIII. 1. vers. 3. legendum puto CORNELI*ano*, exemplo *Gruteri* CCCV. 5.

—— 2. Modo ante ad n. 1. scripserat *Muratorius*, *similem Inscriptionem cum pari titulo* attulisse *Gruterum* CCCIV. 9. vel sic tamen eamdem nunc ex *Begero*, (*Spicileg. Antiquit.* p. 106. n. XXIX) fonte minime primario, et, quod minus veniae habet, mutilam reduxit. quod indicio est, diverso tempore illa adnotasse, et cum ederetur thesaurus, aliud egisse. Primum vero lucem vidit studio et opera *Mazochii* in *Epigrammat. antiquae vrbis* p. LXII. n. 14. tum *Smetii*, XLIII. 9. cum accurata simulacrorum descriptione, quae prorsus gemina est *Gruterianae*, vbi in altera editione addita est pictura e *Boissardo* sumta. inde *Fleetwoodus*, p. 138: 1. postea ex schedis *Pighianis* imaginem eius arae dedit *Begerus*, loco laud. mox ex eodem *Boissardo Montefalco*, *Antiqu. Explic.* Tom. V. Tab. XXXVIII. ad p. 68. Solam indidem Somni iconem sumsit *Spanhemius*. ad *Callimachi Hymnum* in *Delum* 234. Male *Begerus* vers. 1. exhibuit *Caelio* qui apud superiores constanter *Caecilius*. tum vers. 8. restituendum DIEBUS XXIV. et vers. 10. REVERENDISSIMO. pleniorem quoque titulum dedit *Seb. Donatus*, in *Supplem.* LXXXIV. 6.

4.

— 4. 5. 6. Clasſ. III. 15. 16. 18.

CLXXXIX. 1. 2. 3. *Claſſ.* III. 17. 19. 20. Quae numero 2. ponitur, eadem infra redit CCXLIII. 7. licet diverſa ordinatione verſuum.

— 4. Eadem esſe videtur atque *Gruteriana*, MCLXXVIII. 6. vtpote ſex verſibus abſoluta, ſed aliquot nominum varietate diſcrepans. Sic etiam initium huius Epitaphii convenit cum *Malvaſiae* exemplo, *Marm. Felſin.* VIII. IV. p. 476. vbi etiam *Sertorium Vrſatum* loquentem inducit.

CXC. 1. *Hiſtoria dell' antichisſima città di Modena. in Modena* 1666. 1667. 4

— 2. Arduum est definire, vtrum accuratius deſcriptum ſit exemplum *Gruterianum*, praeſertim alterius editionis e variis emendatum ſchedis, an *Muratorianum*. Id ſcio huius monumenti ſepulchralis, eleganti pictura ex *Boisſardi* libro ſcripto a *Monteſalcone* in *Supplem. Antiqu. Explic.* Tom. V. Tab. XIII. redditi, titulum *Muratoriani* geminum esſe, neque tamen idonea repetitionis cauſa ſuberat. Eodem vero modo fruſtra ibi, p. 37. dubitat *Monteſalco*, voxne APOLL. *Apollinem*, an *Apollinarem* referat, nomenque adeo hominis ſit, an vero Collegii ſive, Synodi Apollinis, vti *Muratorius*, qui ad CLXXXIX. 4. ſingularem Sacerdotum *Apollinarium* Clasſem fingere, eoque aliquot lapidum titulos trahere, quam *Scaligerani* illorum ſilentii auctoritatem et praeiudicium ſequi maluit.

— 3. Vitioſus eſt locus, vbi repertus lapis cum apud *Malvaſiam*, II. 1. p. 70. *Me-*

ran-

ranci, tum *Muratorium*, *Neiani*, qui *Meiani* esse debet, accuratiori exemplo *Gruteri*, CCCXVII. 4. et *Donii*, V. 208. etsi ap Gruterum formula D. M. desit, neque, vt apud *Fabrettum*, IX. 64. AVDIVS, et *Malvasiam*, *Muratoriumque* AVIDIVS; sed AVRELIVS legatur, magis tamen in fine *Gruterianum* FECIT placet, quam ceterorum PATRI.

—— 4. Quid rursus opus erat schedis? cum dudum ab *Ambrosio Leone*, in *Histor. Nolana* L. I. c. 13. et *Capacio*, II. *Hist. Neapol.* 28 descripta esset. vid. *Gruter* CCCXVII. 5. vbi tamen constanter STATTIVS pro SATTIVS.

—— 5. *Histor. Genealog. dom. Sabaud.* Tom. I. p. 50. vbi HILARIVS.

—— 6. *Fulfemia* ex *Zachariae Excursu Literario*, p. 50. apud *Donatum*, in *Supplemento* LXXXIV. 2. editur *Fulfennia*, additurque in fine FILius.

—— 7. Dudum auctius promulgaverat hoc fragmentum *Francisc. Martius*, in *Historia Tiburtina* L. II. p. 20. Tom. VIII. Part. IV. *Thes. Ital.* et ex eo *Vulpius*, *Veter. Latii Profani* Tom. X. Part. I. L. XVIII. c. IV. p. 143. qui eumdem quoque lapidem *Gruterianum*, MXCVII. 7. cuius hoc loco meminit *Muratorius*, ex fide illius *Martii*, p. 20. Tom. VIII. Part. IV. *Thes. Ital.* itidem dederat, p. 142. n. 11. vti *Donius* IV. 16. HERCVLANII AVGVSTALES. adeoque ante *Gorium* iam *Martius* agnovit, et *Gudius* ad *Gruteri* alteram editionem iam asseruit. Caterum

verf.

verſ. 2. praecunte *Martio Vulpius*, non VI VIR ſed IVVIR edit.

— 8. Neque hunc demum e ſchedis iam lucem vidisſe non modo idem *Martius*, II. *Hiſtor. Tiburtin.* p. 20. Tom. VIII. Part. IV. *Theſ. Italiae*, ſed etiam *Fabretius*, X. 530. *Gudius*. CXX. 7. et *Vulpius Vet. Latii Profani*, Tom. X. Part. I. L. XVIII. c. 4. p. 144 approbant. De *Duplariis*, vel *Duplicariis* vid. *Reineſ.* ad I. 25. p. 54. et *Fabrett.* ad V. p. 269, 270.

CXCI. 1. Si *Gruteri* alteram editionem inſpexiſſet, non modo e *Pighii Hercule Prodicio*, p. 396. ſumtam priorem partem, ſed etiam alteram partem ex eius ſchedis quomodocunque ſuppletam cognovisſet. Cf. quoque *Franc. Martius* loco modo ante laudato.

— 3. Manca quidem eſt apud *Gruterum*, LXVII. 5. ſed integriorem quoque apud eumdem reperiri, CLXXI. 6. et in *Malvaſiae Marmoribus Felſineis* accurate depictam et illuſtratam prodiisſe Sect. I. c. V. p. 41. is ignorare non debuerat, qui frequenter *Malvaſiae* libro vſus erat. In reddendis verſibus 6. et 7. *Gruterus* inconſtans eſt. Priori loco exhibet: SIGNVM. LIBERI BASIM. C. AVLIS. altero loco auctor eſt legi: SIGNVM LIBERI. BASILIC. AVLAS D. D. Baſilicae vocem, vt inepte poſt ſignum poſitam damno, legoque MEMORIAM pro *In Memoriam* .... SIGNVM LIBERI BASIM*que* Cum AVLA *Sua*, hoc eſt, Septo et Cancellis ſuis clauſam, *Dedit Donavit.* Ita *Septum*

tum Clusum est in ara ap. *Reines.* I. 125. p. 163 *Spon.* VI. Misc. p. 235. et *Fabrett.* I. 9. Interim ferri etiam possit lectio CAVLAS. *Est enim graecum nomen, litera C. detracta, nam Graeci* αυλας *vocant animalium receptacula,* vt ait *Servius* ad IX. *Aen. Virgil.* 60.

— 4. Profecto non e schedis demum suis *Muratorium* expromere titulum oportuit, quem dudum e schedis *Piccarti*, etsi paulum corrupte, *Reinesius*, V. 18. et e schedis *Vincentii Mariae Verusii*, Beneventani, qui antiquas Inscriptiones Beneventanas congesserat, emendatius protulit *Iohannes di Nicastro* in *Discursu Apologetico Historico - Legali de Patria S. Ianuarii*, (vid. *Giornale de' Letterati*, Tom. VIII. Art XII. p 348. sequ.) Quorum sane exemplis cum *Iohanne de Vita Inscriptionibus Beneventanis*, Clasf. II. 14. p. 7. accurate commissis vix dubitaverim, quin sic explicandus sit: *Dis Manibus Sacrum A. Vibbio Ianuario, Claudiali Augustali, Curatori Muneris, Diei vnius Auli Vibbii, Iustinus, Iustianus,* vel *Iustinianus*, (male *de Vita*: *Lustrianus*,) *Ianuarius, Filii Patri Bene merenti Fecerunt.* quam formam iure et merito rursus expressit *Donatus*, in *Supplemento*, p. LXXXIV. 1.

— 3. quem grandem cippum ipse non modo *Malvasia* eleganter depingendum curavit in *Marmor. Felsineis*, Sect. V. c. XVI. p. 319. sed *Fridericus* quoque comes de *Calderinis* ibidem explanavit. p. 322. s.

CXCII. 8. Eamdem redire iubet infra, sine omni necessitate MMXLIX. 5. ibique repetit

tit mirabilem ſiglarum VIVIR II CLA. ET AVG interpretationem, a *Maffeio* in *Muſeo Veronenſi* CXIV. 3. poſtea iure damnatam.

—— 4. Immo *Vinacceſio* in *Memoriis Brixianis*, p. 276. n. 14. vbi verſ. 3. F. i. e. *Fecit*, non P. Eo tamen modo ex *Rubei* ſchedis occupaverat *Gruterus*, CCCXLIV. 3.

CXCIII. 1. *Claſſ.* V. 190.

—— 2. extitit iam in *Theatro Inſubricae Magnificentiae Hieronymi Borſaerii*, L. VI.

—— 7. longe plenior et accuratior in eodem *Borſaerii Theatro*, et apud *Gudium*, CXIII. 6.

—— 8. Rurſus e *Vinacceſii Memoriis Brixianis*, p. 193. n. 13. vbi tribus verſibus integrior.

CXCIV. 1. *Hiſtoria di Terni*, in *Roma* 1646. 4. Eumdem lapidem Interamnae, A. 1646. inventum poſtea vidiſſe videtur, ſaltem deſcripſit *Gudius*, CXV. 3. et e ſchedis *Paſſerii* rurſus obtulit *Donatus* in *Supplemento*, XCIV. 2.

—— 3. *Inſcript. Florentin.* Tom. I. p. 214. n. 2. Rodit tamen infra ſine idonea ratione in Magiſtratibus, DCLXXVII. 3. e ſchedis quaſi ανεκδοτος.

—— 4. *Supplement. Marmor. Brixian.* p. 324.

—— 5. Quem *Senitii*, loco neſcio quo, poſuit *Muratorius*, eum *Aquileiae* viſum eſſe, docet *Manutius* in *Orthograph.* p. 728. et ſecundum hunc *Gruterus*, CCCLXVIII. 2. duobusque non modo verſibus titulum abſolvit,

vit, sed etiam exempli *Muratoriani* versum 7. qui iure abesse potest, omisit.

CXCV. 1. dudum ediderat *Mutius Phoebonius*, *Historiae Marsorum*, L. I. c. VIII. p. 27 Tom. IX. Part. IV. *Thes. Ital.* vbi quidem eadem nihili lectio. vers. 4. Q. ET VIIL. vnde similis momenti interpretatio *Muratoriana* Quinti et Septimi Libertus, sed quae ex melioribus exemplis *Fabretti*, IV. 186. et *Gudii*, CCXXXI. 1. corrigi et mutari debebat in Q. ET Ɔ. L. h. e. *Quinti et Caiae Libertus*. Deest hoc loco Epigramma latinum sex versuum a *Phoebonio*, *Fabretto*, et *Gudio* laudatum, cuius pentametri primi *Lilla* a *Dorvilio* ad *Charitonem*, p. 249. excogitata, etiam *Phoebonius* iam agnovit.

—— 2. *Hist. Genealog. Dom Sabaud.* Tom. I. p. 73 apud quem vers. 5. non legitur VIX. sed VX*ori*, vti etiam in *Marmoribus Taurinensibus*, Tom. II. No. LXV. p. 69. sic apud *Maffei. Mus. Veron.* CCXXI. et infra, DCLXXXIV. 1. emendatius scriptum est.

—— *Antiquit. Galliae* Ep. 4. p. 24. vbi vers. 3 DOMO ROM. vnde verisimilitudo coniecturae *Domo Roma* approbari possit, quam postea etiam in *Museo Veronensi* ad CCCCXII. 2. non deseruit.

—— 4. Ibidem, Ep. IX. p. 52. sumta est memoria T. Carentii *Daphni*, non DAPNI.

—— 5. e schedis suis et *Valerii* nihil eiusmodi descripsisset, si scisset, *Gudium* iam in medium protulisse, CXCIII. 8. hoc saltem

discrimine, vt versu 2. ELPIDEPHORI, et vers. 6. FIRMIANAE legeretur.

— 6. Supervacanea quoque *Arisii* opera fuit, *Grutero*, MCXII. 6. otium ipsi faciente. CXCVI. 1. *Don.* X. 90.

— 2. Quid quaeso necessitatis suberat, cur quae toties antea a *Grutero*, DCXXXIII. 3. *Reines.* XI 2. et *Sponio.* IV. *Misc.* p. 195. commemorata erat Epigraphe hanc denuo ex *Sertorii Vrsati Monumentis Patavinis*, L. I. Sect. II. p. 70. n. 53. describeretur. Vers. 1. legendumne sit *P. Charmis*, vel *Charmides*, vt coniicit *Schurtzfleischius*, in *Actis Literar.* 95. an P. ANCHARIVS. ex divinatione *Reinesii*, non definiverim. Id scio versu 6. *Schurtzfleischium* ibidem ANCHAR. praeposteris literis satis contorte in HANC ARAM convertisse.

— 5. Cuiatis illa sit *Historia Ferrariensis*, *Gasp. Sardi*, an *Ioh. Bapt. Gyraldi*, aliusue quis, *Muratorio* tacente, divinet? Interim sumta esse videtur haec Inscriptio ex *Alphonsi Cagnacini Fragmento Historico antiquitatis nobilissimae vrbis Ferrariae*, p. 11. *Thes. Ital.* Tom. VII. Part. I. neque aliter retulit *Fabrettus* ex schedis *Barberinis*, V. 348. siglas versus 1. *Soli Invicto Mithrae* explanans, cui assentitur *Burmannus* in Praefat. ad Tom. VII. *Thes. Ital.* p. [8].

— 6. Clasl. V. 160. ad quem locum facile praeire potuisset *Gorius Muratorio*, eius iam memoriam non intactam reliquisse *Gruterum*, CCCLXXXVIII. 2. eo duntaxat discrimine, vt non COSSONII CAPREOLI

et

et COSSONIAE, sed CISSONII CAPRIOLI et CISSONIAE offerret. Vers. 4. compendia vocum sic interpretor: *In Exemplum Piissimis*, quasi eorum pietas aliis exemplo esse possit. vti nunc video etiam *Scaligero* placuisse in Indice *Gruteri*, c. XIV. p. LXIV.

— 7. *Histor. Geneal. Dom. Sabaud.* Tom. I. p. 73. eumdem vidisse videtur *Gudius*, C. 7. vbi *Losfia*. Vera huius lapidis pictura, qualis nunc extat, petatur ex *Marmoribus Taurinensibus*, Tom. II. n. CIV. p. 101. quorum interpres haud dubie aliter lacunas explesset, si *Guichenonii*, aut *Muratorii* meminisset. Non condonanda est *Maffeo* in *Mus. Veron.* CCXXII. 7. αυτάρκεια, qui neminem superiorum, ne Marmorum quidem Taurinensium auctores, nisi vnice alia occasione Paulum *Ricelvium*, CCXXX. et CCXXXI. laudavit. *Maffei* exemplum imitatus est *Donatus*, *Supplem.* LXXXVII. 10. inde apparet. vers. 5. legendum esse non SIGIMNIO, sed *T. Gimmio*, nec vers. 7. M. Cimmio, sed M. Gimmio.

— 8. Quid novi schedae *Farnesiae* afferre possunt, si iam innotuit *Gruteri*, XXXV. 8. et *Octavii Rubei*, in *Memor. Brixian.* opera. p. 62. Vers. 3. non DVCIVS, sed DVGIVS legendum est. Ita enim constanter apud *Grut.* LXXXI. 5. alterius editionis, *Rubeum*, L. I. p. 72. et *Mur.* LIII. 13

— 9. Rursus erat iam in *Donianis*, V. 92.

CXCVII. 4. *de Colonia Forojuliensi*, in *Monumentis Veteris Antii*, p. 335. n. I. quem non accurate descripsit. Post versum 13.

LIB*ertis* LIB*ertabus*Q*ue* ſequebatur arcae ſepulcralis titulus a priori forte diverſus: LIB. POSTERISQ. EORVM. Corruptiorem dedit *Baſilius Zancarolus*, Cydonius, in *Antiquitatibus civitatis Fori Iulii*, L. I. p. 38. *Theſ. Ital.* Tom. VI. Part. IV.

— 6. Qui toties verſare debuerat *Donium*, nonne indidem eius copiam ſibi fieri posſe recordabatur? V. 211. vbi rectius legitur FRONTONI quam FRONTONIO. verſ. 7. Donius POMONIAE: forte noſter Muratorius melius: POMPONIAE.

— 7. retulerunt quoque *Petrus Maria Kavina* in *Faventia Rediviva*, p. 53. *Theſ. Ital.* Tom. VII. Part. II. et *Vghellus Italiae Sacrae*, Tomo II. in *Foropopilienſibus Epiſcopis*, p. 590. qui paulo aliter verſus diſtinxit. Inde tamen nihil lucis TELESTINIS. Infra quaſi nondum edita recurrit, MCMXCI. 2.

CXCVIII. 1. Apage marmor corruptisſimum! Longe emendatius diutisſime iam legebatur apud *Apianum* CXLIV. et ex eo apud *Gruterum*, CCCCXIV. 2. vnde apparet, verſ. 1. omisſum cognomen esſe GEMINIO vel GEMINO. verſ 5. leg. IIII. K. FEBR. *Quarto Kalendas Februarias*. verſ. 9. ET POPVLO EPVLVM ET OLEVM EADEM DIE DEDIT.

— 3. ignoravit, iam a *Grutero*, CCCXLVII. 7. melius datum esſe, vt bene obſervavit *Hagenbuchius*, *Epiſt. Epigr.* p. 598, 599. vnde non modo cogitur, literas *Gruterianas* M. AE. in vnam vocem MAE. conflatas esſe, adeoque *Marci Aelii* praenominis et nominis genti-

tilitii cubilia latere posse. Attamen totum versum secundum vitiosissime descriptum puto, legendumque sive exemplo Gruteriano, M. AE*lio*, sive auctoritate MSpti *Foucaltiani*, quod inspexi, M. AP*pio* HECATAEO.

— 4. occupaverat hunc titulum *Gorius*, *Inscript. Flor.* T. II. p. 306.

— 5 Fundus est in *Vinaccesii Marm. Brix.* p. 301. n. 19.

— 7. Prorsus idem est *Gruterianus*, MXXVI. 6. titulus, atque hic, quantumvis ille integrior, aliterque distinctus tam nominis SALVIVS, prae SILVIVS, mihi fidem, quam novissimi, hoc in exemplo, versus 4. qui aliunde mihi assutus esse videtur, absentiam iure persuadeat.

CXCIX. 1. *Antiqu. Gall.* Epist. XII. p. 66. cuius interpretationi de *ornamentario Decurione* h. e. *Decurione ornamentis tenus*, cum *Muratorio* nostro recte intercedere videtur *Hagenbuchius Epist. Epigr.* p. 289.

— 2. ante iam in lucem exierat, *Hieronymi Baruffaldi* opera, in *Museo Minervae Venetae*, (*Galeria di Minerva*,) Tom. IV Part. VI. p. 117. cuius tamen interpretationem siglarum ƆC. quasi indicent *Concorditer*, non admodum probo. Magis placet *Muratorii* nostri coniectura: *A Decurionibus*.

— 3. Immo vero *Fortunato Vinaccesio* in Supplementis *Marmor. Brixianorum*, p. 270. n. 12. vnde suos iam hortulos irrigavit *Fabrettus* V. 304. Quid vero impulerit *Donatum*, vt eumdem titulum repeteret, XCI, 7. fateor me ignorare.

— 4. Si noster *Gruterum* alterius editionis in consilium vocasset, non modo non *incompletam*, vt loquitur, aut corruptam, sed etiam cum schedis *Ligorianis* a *Gudio* commissam invenisset, simul posthac a *Malvasia*, *Marm. Felsin.* X. V. p. 614. itidem integrius editam esse didicisset. Neutrubi saltem *C. Iulius*, sed constanter *C. Silius Iucundus*.

CC. 3. *Cattaneus Hispali* ponit lapidem, quem *Donius*, V. 121. *Cremonae*. Recte *Muratorius*, *mendosam*, inquit, *nemo non agnoscat*. Tametsi vero illa frequens titulorum ἐπανάληψις saepe otiosa et molesta sit, tamen hoc loco fructuosa. redit enim infra, DCCXII. 1. ex *Donio*, ex cuius vtriusque exempli, et *Donatiani* in *Supplemento*, XCII. 3. contentione nunc demum Epigraphen integritati suae sic restitui posse censeo. *Lucio Iunio*, *Lucii Filio*, *Marci Nepoti*, *Lucii Pronepoti Galeria Rufo*, *Quatuorviro Pontifici*, *Augustali*, *Quatuorviro Aedilitia Potestate*, *testamenti causa Equites Romani Aere conlato Posuerunt.* Istud MVNERI EDEND. in schedis *Cattanei* non moror, e glossa forsitan viri docti natum.

— 4. non e schedis, hoc est nunc demum in lucem prodire poterat, quae diu e *Grutero*, CCCCXXVIII. 8. etsi cognomine MARVLLINI varians, *Sponio* V. *Misc.* p. 170. licet cum alia, quae apud *Reines.* XI. 19. extat, mixta, et *Maffeo* in *Antiqu. Gall. Epist.* XII. p. 66. nota fuit. Nusquam ibi legitur L. LAELIVS sed constanter LETIVS.

— 6. *Clas.* V. 192. ad quem locum *Gorius* nihil animadvertens tacite indicavit, sa-

pa-

pariter atque *Muratorium* nesciisse apud *Fabrettum* iam, V. 326. locum invenisse.

— 7. e *Muratorio* repetiit *Gorius*, Tom. III. *Inscript. Etrusc.* p. 175 : 216. et aliunde *Donatus*, in *Supplemento*, LXXXVI. 6.

— 8. Is fructus est neglecti, nescio quam idoneam ob caussam, corporis *Gudiani*, vbi extat CXXIX. 9.

CCI. 1. *Memorie Bresciane*, p. 103. quem titulum e schedis *Petri Gnocchi*, nescio quam ob caussam repetiit *Donatus*, XCI. 4. Non opus est hic quicquam obseruare de vsu DOMNAE, pro *Dominae*, vers. 5. quem exemplis demonstrarunt viri docti, ab eruditiss. *Goensio* meo, de *Cepotaphiis*, c. V. §. XIII. p. 115. laudati: cavendum saltem ne de cognomine *Statiae Verae* accipiamus. Neque attinet repetere, quae de Ara sepulcrali, hoc est, vel ara sepulcro imposita, vel cippo in formam arae efficto disseruerunt alii, tamquam *Iac. Gutherius* II. de *Iure Manium*, 19. interpretes *Senecae* ad Ep. 86. it. *Suetonii* ad *Neron.* 50. omniumque optime *Fabrettus* ad II. 253=268. hinc apud Graecos, iam sepulcrum cum ara comparabatur, exemplo *Aeschyli*, in *Choëphoris*, 104. et *Hoc Sepulcrum sive Ara cum suis Maceriis* in titulo veteri *Rein.* XVI. 68.

— 2. *Class.* V. 203. Verum quidem est, *Reinesium* vno versu tertio destitutam edidisse, neque aliter eum *Luc. Camarram de Teate antiquo*, L. II. c. I. p. 32. *Thes. Ital.* Tom. IX. Part. V. aut post eum *Dominicum Barnabam Mattheum*, in *Memorie Istoriche dell' Antico Tusculo*, p. 124. eumdem protulisse, qui versus tertius

 ne-

nefcio an abesfe poffit, nihilo minus tamen non folus nominandus erat *Donius* auctor, fed etiam *Gudius*, CXXXI. 2. qui illo modo pleniorem habet, etfi aliquot mendis Chalcographicis confpurcatam.

—— 3. Ex *Thefauro Antiquitatum Beneventanarum Ioh de Vita* emendatiorem dedit *Sebaftianus Donatus* in *Supplemento*, XCIV. 1. pro ETRITIA edens verf. 3 ETRILIA, et verf. 5. PHILARI.

—— 4. Quomodo e fchedis demum protrahi in lucem poterat. quae opera *Reinefii*, VI. 66. *Ioh. Lud. Schönleben*, in *Carniolae antiquae Apparatu*, c. VII. §. 7. XIII. p. 225. et *Irenaei della Croce*, *in Hiftoria di Triefte*, L. III. c. IV. p. 215. iam antea exierat.

—— 6. Huic lapidi vtilitatem attulit repetitio infra a nefciente *Muratorio*, MLXXXIII. 8. facta, ibi enim legitur *Vitellius L. F. Merenna.*

—— 7. *Claff.* V. 162. eodem paene modo verf. 11. EVTVCIANO vti *Gorius* intra e fchedis *Iucundi*, DCCXXVI. 7. exemplo fruftra in memoriam revocato EVTICIANO.

CCII. 1. *Veron. Illuftrat.* Part. I. p. 356. n. XXIV. et poftea in *Mufeo Veronenfi*, CLXXII. 2. Initium huius tituli non modo *Gruterus*, CDXLIV. 6. fed etiam *Fabrettus*, V. 309. habet fine verfibus. Totum vero cum verfibus denuo legi iusfit *Donatus* in *Supplemento*, XCII. 7. verfus primi *Quaerere confuevi* rel. elegans varietas eft in alio titulo *Gruteri*, DCCCLX. 5. et *Mufeo Veronenfi*, CCXXV. 7. it. *Reinef. Append.* 42.

—— 3.

— 3. Eiusdem memoria est apud *Georg. Gualtherum* in *Tabulis antiquis Siciliae*, p. 468. ad n. 296. Tom. VI. *Thesauri Siciliae*, et *Ioseph. Vincentium Auriam*, in *Origine et antiquitate vrbis Cephaledis*, c. VI. p. 30. Tom. XIV. ibid. vtrobique. vers. 1. AVG. III. et vers. 3. PANIO. Quoniam vero illud IN DIE OPTATA omnis boni sensus expers est, hinc *Burmannus* in Praefat. ad Thesauri Siculi Vol. XI—XV. p. [14.] non male coniecit, nomen mulieris hic latere IVLIA OPTATA, titulumque sic legi oportere OPPIVS VALENS AVG. LIB. ET IVLIA OPTATA PANIO ATIMETO Monumentum Posuerunt. Mallem, vt *Muratorius* recte dedit, *P. Annio Atimeto.*

— 4. Denuo frustra laudantur schedae, vbi editionis laus iam debebatur *Gudio*, C. 6. apud quem recte vers. 2. legitur SEVERO pro SEVIRO adeoque sic vulgaribus literis reddenda Inscriptio: *T. Opsturio Facili Severo Augusti Liberto* (non *Seviro Augustali*) *Libertae* (nescio cuius,) *Patrono* rel.

CCIII. 1. Schedae *Graevianae* e *Borsaeri Theatro Insubricae Magnificentiae* exhibuerunt SENAT. pro SEN. male!

— 2. Class. V. 193. vitiose ab initio editus est. emendatior prodiit, vtroque et *Gorio*, et *Muratorio*, huius rei ignaro, apud *Fabrettum* I. 267. vbi legitur. *Liviae Antigonae* pro nullius sensus vocabulo PIGNONI. Vereor autem, ne tres omnino aut saltem duo in vnum coierint tituli propter formulam D. M. semel atque iterum positam, adeoque nodus

de diverſitate nominis filiae naturalis a nomine parentis forſitan diſſui poſſit. Cf. *Hagenbuch. Epiſt. Epigr*. p. 154. Nulla vero mihi ſubesſe videbatur ratio, cur a *Donato* rurſus nobis inculcaretur LXXXVI. 5.

— 5. Ex eiusdem quoque, vt ſuſpicor, *Iacobi Marzarii La Storia di Vicenza*, *in Vicenza*, 1604. 4. habuit iam *Donius*, V. 180. et ex *Rhediano* libro ſcripto *Gudius*. CII. 3.

— 6. *Memorie Breſciane* p. 236.

— 7. Claſſ. V. 123. vti etiam *Gudius* CXXXVIII. 3. quem nullo eius merito neglexit.

— 8. *Hiſtor. Marſorum* L. III. c. 8. p. 208. Theſ. Ital. Tom. IV. Part. IV. ſed etiam *Gudius* CCVIII. 3. in fine auctiorem literis INST deſcripſit, quas ſupplere auſim: IVST*a Solverat*. Praeter rem infra revertitur MMXXV. 3.

CCIV. 1. non e ſchedis demum eam diſcere nos oportuit, quam antea prodiderat *Malvaſia* in *Marm. Felſin* V. XXIV. p. 362. et IX. IV. p. 562. apud quem verſ. 3. non VI viro, ſed IIIIviro legitur.

— 3. *Hiſtoria di Terni deſcritta da Franc. Angeloni*, *Roma*, 1646. 4. quo eodem anno marmor inventum haud dubie *Gudius* vidit et deſcripſit CXXIII. 7.

— 4. Claſſ. V. 178.

— 5. verſ. 2. iſti PR. PIL. cognomen reddo: *Primipilus*, exemplo aliorum lapidum *Fabrett*. III. 96. et *Gud*. CLXXXI. 4.

— 7. *Memorie Bresciane*, p. 287. n. 66. lego: TICESIAS.

— 8.

—— 8. Ex eodem *Vinaccesio*, non *Rubeo*, p. 235. n. 4.

—— 9. dudum in lucem exierat opera *Pompeii Angelotti*, in *Descriptione vrbis Reate*, c. IV. p. 32. *Thes. Ital.* Tom. VIII. Part. III. vbi desunt literae singulares D. M. et vers. 3. legitur Q. HONORIVS pro Q. POMPILIVS. Non dissimilis est saltem Reate visus et lectus lapis *Gruterianus* MXXI. 8.

CCV. 1. e schedis quoque Io. Bapt. Passerii rursus obtulit *Donatus* in *Supplemento* XCIV. 3.

—— 3. quomodo nunciari potest monumentum e schedis, quod iam *Pighius* in *Hercule Prodicio*, p. 324. *Apianus*, in *Inscription.* p. XXXII. 8. *Gruterus* CDLXXXI. 3. palam fecerant?

—— 4. fortassis ex *Fulvii Azzarii Compendio delle Storie della Città di Reggio, in Reggio.* 1623. 4.

—— 5. itidem hand incognita erat ex *Grutero* CDLXXXVI.

—— 6. Veram huius lapidis imaginem protulit *Irenaeus della Croce*, in *Historia Tergestina* L. III. c. V. p. 214. vbi plura in fine; vnde colligas, vestigia superfuisse supplementi *Gudiani* ex codice *Rediano* CXLII. 1. FELIX LIB. VIVIR AVG. Bis quoque recensuit *Malvasia*, in *Marmoribus Felsineis* VIII. IV. 412. et IX. IV. 562. Vel sic tamen *Muratorius* infra corruptiorem e schedis *Bricherii Columbi*, quasi nondum vulgata esset, reduxit MMXXVI. 1.

CCVI. VI. 1. Idem est *Marzarius*, cuius antea mentio fuit facta ad CCIII. 5.

— 4.

— 4. Qui typus archetypam lapidis formam ap. *Gorium Inscript. Flor.* Tom. I. p. 301. n. 33. minime aequat. vti etiam non VPILIA ibi incisa est, sed VPILLA quam cum posita e regione L. coniungere liceat, vnde exire debet LVPILLA.

— 6. Num ex *Tafurii* demum schedis cognosci debebat elegantissima illa Basis Colossi *Tiberio* Caesari ob Civitates Asiae restitutas erecti? Immo iam erutum erat marmor *Puteolis* 1693. tesribus Ephemeridibus Parisiensibus (Iournal des Savans) vbi: *Extrait d'une Lettre traduite de l'Italien*, p. 779. *Tom.* XXII. et p. 361. Tom. XXIV. mox illustratum ab *Antonio Bulifonio*, docto Bibliopola Neapolitano, in *Ragionamento intorno ad un antico Marmo. Nepoli.* 1694. 12. eodemque anno accuratissime depictum, vberiusque declaratum a *Laur. Theodoro Gronovio* in *Marmorea Basi.* Lugd. Bat. 1697. 8. edita, fratris eius *Iacobi Thesauro Graeco*, Tom. VI. p. 433. inserta, et typis renovata, cum alia tamen Dedicatione et Praefatione *Amstelad.* 1728, 8. postea indicatum a *Pagio*, in *Critica Baroniana* ad A. C. 30. n. II. p. 90. Tom. I. ed. *Luc.* definito simul tempore, quo collocatum olim fuerat, neque id ipsum effugit diligentiam *Fabretti*, qui X. 447. plenius, additis Rerum publicarum nominibus, recensuit, et παροράματα quaedam *Bulifoniana* notavit. labentibus annis eidem monumento profuerunt tabulae *Montefalconis* scitissime elaboratae in *Antiquit. Explicatis* Tom. III. Tab. 118. p. 192. sequ. neque memoriam eius a suo abesse *Itinere* voluit *Keyslerus*, T. II. p. 363. ed. theotiscae. *Ioh. Harduinus*, vt id obiter adnotem, suo mo-

more audacter in *Historia Augusta* ex *numis antiquis Graecis Latinisque restituta*, p. 709. *Oper. Select.* marmor quidem vetustum, Inscriptionem vero recentiorem, saltem non illius aevi, quod creditur esse, edixit, levissimis tamen argumentis vsus, quae refellere nec huius loci, nec instituti est. — Hactenus de variis editionibus, quae certa sunt. Sententia vero tituli, praesertim vti ab interpretibus invecta est, non vna difficultate laborat, quam tollere conabor. Typo *Muratoriano* primum opus est emendatione. Non enim vers. 3. legi debet COS V. sed constanti fama *Gronovii*, *Pagii*, *Fabretti*, *Montefalconis*, *Keysleri*, COS. IV. neque vers. 5. REIPVBLICAE, sed rursus concordi eorumdem suffragatione RESPVBLICA, Quo scripturae vitio inductus *Muratorius* male in Indicis Class. III. *Augustales Reipublicae restituti.* Huic tamen voci RESPVBICA, ob angustias spatii versus a lapicida non plene incisae, addere liceat literam S accusandi casus pluralis indicem. Alioquin oratio ipsa aut nutat, aut σολοικίζει. Quid enim? Si opinione *Gronovii*, et *Muratorii* nostri per *Augustales* intelligendi sunt sacerdotes, quinam illorum casus est, primus, an quartus? Si primus, ad verbum certe RESTITVIT respicere non possunt: Sin quartus, haud sane memini Augustales, nuper ortos, quasi flamines Augusti, ita in desuetudinem abiisse, vt RESPVBLICA eos aut voluerit, aut potuerit RESTITV*ere*. Si porro *Augustales* accipere malis de *Ludis*, vt *Bulifonius*, et *Montefalco* volunt, scire velim,

lim, quid necesſitudinis illa vrbium ſimulacra cum Auguſtalibus ludis habeant. Praeterea taceo, mirificam, et vanisſimam, eſſe ſumtionem *Gronovii*, exiſtimantis, cum RESPVBLICA dicatur Auguſtales restituisſe, Rempublicam eamdem esſe videri atque Tiberii Principatum. Sic pulchra erit Respublica, quae domus et tyrannidis Auguſtae vile mancipium. Relicta igitur ſuis auctoribus divinationum congerie, hanc puto veriſimillimam, et adiunctis imaginum convenientisſimam interpretationem, vt opiner, Tiberium AVGVSTALES RESPVBLICAs *Magneſiam*, *Sardes*, *Philadelphiam*, *Cibyram*, *Epheſum*, rel. tamquam φιλοσεβαστους; *Auguſtales*, Auguſto devotas, et obnorias reſtituisſe civitates.

CCVII. Quae *Georgii* Diatribe prodiit Romae, 1737. 4. mox Corpori quoque *Opusculorum Scientificorum et Philologicorum* illata eſt Tom. XVII. a p. 169=237.

ANALECTA QVAEDAM

AD

SUPERIORES DUO MISSVS.

Tomo I. ad Misſum 1. p. 3. lin. 9. Si *Gudium* non tam *Ligorii*, quam titulorum in *Florentinis* pasſim *Muſeis* occurrentium cauſa in-

inspexisset, omnes illos, quos *Gudius* iam frequenter laudaverat, e *Gorio* depromtas non repetiisset.

Pag. 5. lin. 27. pro *Donio* | vt CX. 3. — pro *Gorio*. exempli gratia, CCCLXXXVI. 5. DCXCVII. 4. MCCII. 9.

P. 18. lin. 26. *Taurinates* | add. *Maffei Mus. Veronens.* CCLI. *Quot Ligorius solus suppeditasset, quem ambitiose proferunt alienis fidem schedis habentes qui TRIGINTA illius PERAMPLA AVTOGRAPHA VOLVMINA IN REGIO TAVRINENSI ARCHIVO VNICE servata viderunt nunquam.*

—— lin. 34. *Fabretto*, | de *Aqvis et Aqvaeductibus Dissert.* II. p. m. 113 vbi *Ligorium*, *Literatorum Simiam* satis inique vocat.

P. 19. lin. 11. non modo hoc loco, sed etiam loco CMXXIII. cuius exemplum. qua solet, aequitate secutus est *Sebastianus Donatus*, in *Monito Editoris Artis Criticae Lapidariae Maffei* XVIII et XIX. (i.)

—— lin. 31. addi debet III. 1. non opus erat divinare, quid vers. 6. CAV. sibi velit, quandoquidem forte non extitit, argum. exempli *Maffeiani*, in *Museo Veronensi*, CCXLVII. 1.

—— p. 21. vers. 15. Cf. *Muratorius* infra MMXVII. 3.

—— vers. 20. repetiit autem *Donatus* in *Snpplemento*. VIII. 1.

P. 22. vers. 21. contendatur tamen exemplum *Maffei* in *Museo Veronensi*, CCXXXVI. 3. et *Donatianum*, in *Supplemento*, pag. 3: 4. vbi

vbi verf. 4. VNAELIA vno vocabulo, et verf. 7. RESTITVTO.

P. 23. verf. 3. tribus prioribus literis | adde: L. C. I.

—— verf. 14. item: in orbe aeneae Lucernae apud *Gorium*, *Inſcription. Florent.* Tom. I. p. 460: 20.

P. 24. poſt verf. 33. IV. 4. in Appendice Muſei Vindobonenſis apud *Maffeum Muſei Veron.* CCXLVII. 3.

P. 25. verf. 15. Ipſe quoque *Maffeus* in *Muſeo Veronenſi*, ad p CCXLVIII. eumdem titulum denno renovavit.

P. 26. verf. 12. cur autem et quo fine *Maffeius Marmora Taurinenſia*, quae ante editionem *Muſei Veronenſis* lucem aſpexerunt, eoque ipſo nominatim marmore in *Muſeo Veronenſi* CCX. 1. redeunte, nusquam laudarit, nullam fateor me reperire poſſe rationem, niſi in quadam gloriationis et luxuriae literariae, quam in hoc literarum genere non amo, labecula,

P. 28. verf. 20. addatur vir doctiſſ. *In de Betouw* in *Annal. Neomagens.* p. 214.

—— verf. 30. quem ipſe quoque iteravit in *Muſeo Veronenſi*, CCXXXVI. 1.

P. 30. verf. 19. eiusdemque memoriam denuo reduxit *Donatus*, *Supplem.* p. 3: 7.

Ibid poſt verf. 19. VIII. 4. plene extat apud *Maffeium*, *Muſ. Veron.* LXXIX. 1.

—— verf. 26. et ap. *Donatum*, in *Supplem.* p. 2: 7.

P. 31. verf. 10. poſt *Gudium*, LIV. 6. vbi *Lycilius*.

—— verf.

— verſ. 15. *Donatum Supplem.* p. 52: 5.

P. 31. verſ 28. poſt *Muratorius.* | IOVI BRAR. *Donatus* in *Supplem.* p. 3: 7. qui etiam offert APIDIVS.

P. 33. verſ. 20. poſt CASIO | Attamen *Casſiope* vrbs inſulae *Corcyrae* ſcribitur, a *Ioue Casſio* ſic nominata. Cf. *Wesſelingium* ad *Antonini Itinerarium*, p. 521.

P. 35. verſ. 24. poſt p. 368. | adde: Io. *In de Betouw*, ad *Epiſtolas Cuperi*, *de Aris ad Noviomagum effosſis*, p. 7.

P. 37. verſ. 2. poſt: LXXIX. 3. | Legendum fortasſis CERDO.

— verſ. 9. poſt num. 7. | et poſtea *Muſ. Veronenſ.* CCXXXVII. 4.

— verſ. 32. poſt: formis: | Pictura lapidis extat in *Marmoribus Oxonienſibus* Part. III. Tab. I. n. II.

P. 38. verſ. 19. poſt: editione, *Donatus*, in *Supplemento.* p. 4 : 1. nesciit, iam apud *Gruterum* extare.

— verſ. 22. item in *Muſeo Veronenſi*, CCXXXVII. 3.

P. 38. verſ. 27. XII. 1. Eſtne hic PLO*tius* TERTIVS.

P. 39. verſ. 7. poſt SVPERSTES. | Quod cognomen ſolide hic expresſum, aliam nominis formam ſupplere et reſtituere iubet, verbi cauſa in L. MVRRANIVS SVPER*ſtes* apud *Gud.* CLXIII. 5. *Murat.* DCCCXI. 3. et *Maffeium*, in *Muſeo Veronenſi* CCCLXXI. 8. qui in Indice ſuo Nominum ſaepisſime,

si supplere non potest, aut nomen plane omittit, aut illis siglis, sub quibus latet, indotatum relinquit.

P. 41. post vers. 2. XII. 8 Legitur iam apud *Fabrettum*, X. 180. vbi tamen C. MACIVS.

P. 42. vers. 8. denotante.

—— vers. 18. n. 8. *Mus. Veronens.* CCXXXVII. 5.

—— vers. 26. *Gudius* autem non *Florentiae* vidit, sed *Romae* in aedibus *Quirinalibus Barberinis*, literis pulcris.

—— ante versum 27. inseratur XIII. 4. repetiit eumdem lapidem *Gorius*, *Inscript. Etruriae* Tom. III. p. 177. 220.

P. 43. ante vers. 22. XIII. 9. *Cacunus* in *Donati Supplemento*, XI. 5. vti ibidem; *Iovis Cocurrus* p. II : n. 4.

P. 44. vers. 1. *Muratorius* et *Iunonem*.

—— vers. 22. *Iuno* haec *Argeia* | pro *Argiva*, vt videtur, *Maffeio* in *Arte critica Lapidaria* L. III. c. IV. p. 274. mira videtur.

P. 45. vers. 1. Soloecismo hic peccavit. scribere debuisset: *Illurone* ante vers. 11. ad XVIII. 2. et ad Δευτερας φροντιδας Tomi II. p. 174. vers. 5. vti *Ceres laudanda* apud *Tibull.* III. v. 8. επαινη περσεφονεια ap. *Homerum*, et *Hesiodum*. v. *Graevii Lectiones Hesiodeas*, C. XXV. p. 129.

P. 47. vers. 10. adde quae iam ad eum locum observaui in Curis secundis Tom. II. Act. p. 174. | *Negocians Materiarius* cum instrumentis fabrilibus est apud *Fabrettum* IV. 156. et

et IX. 476. it. *Montefalconem* in *Itinere Italico*. c. 26. p. 391. et *Gorium Inscript. Etrur.* Tom. I. p. 277: 1.

P. 49. vers. 20. ad Curas Secundas Tom. II. p. 175. vers. 6. ANNIA L. L. IVDA *Donati Supplem.* p. 14: 4.

— vers. 26. verus tamen *Lucaniae* locus esse videtur.

— vers. 33. et postea in *Museo Veronensi*, CCXXXIX. 1.

P. 51. post vers. 20. XVIII. 6. iam *Sponius* camdem dederat III. *Misc.* p. 117.

P. 53. post. vers. 13. ad Curas Secundas Tom. II. p. 175. vers. 24. muta XI. 1. in XXI. 1. et adde: *Donati Supplementum*, p. 35: 6.

P. 54. vers. 33. repetiit *Donatus* in *Supplemento*, p. 18: 9.

P. 55. post vers. 29. vti apud *Donatum*, in *Supplemento*, p. 43 : 9.

P. 57. vers. 6. qui nesciebat iam extitisse apud *Fabrettum* IX. 449.

— vers. 25. Κυνθίῳ, Cynthio. Cferatur *Bimardus* in *Observationibus* p. 487. *Supplem. Donati*, qui Amphiatrum Delphis fuisse negavit.

P. 63. vers. 34. vid. quoque *Martinius*, ad *Ernesti Archaeologiam*, p. 126. 127.

P. 70. ad vers. 26. *Gudius*. qui ipse exhibet in suo corpore XX. 3. Forte eadem est *Acte*, in cuius amorem prolapsus erat *Nero*. ap. *Tacitum* XIII. *Ann.* 12.

ANALECTA ad *Missum* II. Tom. II. *Actor*. p.

 178.

178. verſ. 32. poſt *Donium* II. 158 inſeratur *Gud.* XXVI. 4. CIX. 7.

P. 181. verſ. 30. poſt habet | vti *Donatus* in *Supplemento*, LVI. 3.

P. 182. poſt verſ. 14. XXXIV. 1. Bis iam deſcripta eſt a *Donio*. I. 166. et in *Appendice*, n. 5. p. 555.

P. 183. verſ. 26. quem propterea laudat *Martorellius* de *Theca Calamaria.* vid. *Donati Supplem.* XXIII. 2.

P. 184. verſ. 13. poſt nominibus | *Donatus* quoque eumdem repetiit titulum, p. 22: 1.

P. 186. verſ. 1. poſt legitur | cuius *Plariani* cognominis argumentum eſt in *Gorii Inſcript. Florentin.* Tom. III. p. 122 : 113. et in *Donati Supplemento*, p. 140 : 4.

P. 186. poſt verſ. 23. XXXVI. 8. *Inſcription. Flor.* Tom. I. p. 457 : 11.

P. 187. poſt verſ. 2. XXXVII. 2. Eumdem quoque titulum typis renovare nihil attinebat ex *Gorio*, *Inſcription. Florentin.* Tom. I. p. 333 : 2. qui iam ex *Sponio*, III. *Miſcell* p. 73. et *Fabretto* IX. p. 129. notiſſimus erat.

P. 188. verſ. 1. poſt retulit | et poſt eum *Donatus*, in *Supplemento* CXLV. 8.

P. 190. verſ. 22. pro *Fecit* | Fecerunt duo, vt arbitror, Servi, Pannychus et Primigenius, Primi (ſervus.) Apud *Donatum* in *Supplemento* p. 66: 8. legitur: PANNICVS.

P. 191. poſt verſ. 33. XLII. 4. *Gruter.* MLXX. 5.

P.

P. 192. verſ. 11. Eumdem titulum, neſcio quam idoneam ob cauſam, rurſus commemoravit *Donatus*, in *Supplemento*, p. 25: 6.

P. 193. verſ. 12. Sua tamen vtcumque defendit *Maffeius* in *Muſeo Veronenſi*, ad CCXXXVII. 7.

P. 194. verſ. 24. M. VETINIVS ASIANVS *Donato*, in *Supplemento*, p. 25: 9.

— verſ. 34. de hoc titulo plura infra ad CCCLXVIII. 1.

P. 196. verſ. 13. repetiit quoque *Maffeius* in *Muſeo Veronenſi*, CCXXXVIII. 3.

— verſ. 24. poſt RVFINVS | vti et *Donato* in *Supplemento*. p. 25: 2.

P. 198. poſt verſ. 8. XLVI. 2. Apud *Reineſium* IX. 3. eſt in cippis ſepulcralibus.

— poſt verſ. 15. XLVI. 4. *Gruter*. LII. 4.

— poſt verſ. 19. XLVII. 7. *Marmor. Brixian* p. 234. et *Donati Supplem*. p. 29: 1.

P. 199. verſ. 21. poſt 5. it. *Donatus* in *Supplemento*, p. 26: 6. beneque obſervavit *Maffeius*, rel.

— verſ. 25. alia id genus exempla conducam in limine *Eponymologici Reineſiani*.

— poſt verſ. 25. XLVII. 1. recoxit quoque *Danatus*, in *Supplem*. p. 27: 6.

— verſ. 26. *Donatus*, in *Supplemento*, p. 27: 6.

— verſ. 27. *Reineſ*. I. 75.

— verſ. 33. v. quoque *Donati Supplem*. p. 27: 9.

P. 200. verf. 7. v. *Reinesii Appendix* 37. et *Donati Supplementum*, p. 28: 12.

—— verf. 30. vti etiam *Donatus*, in *Supplemento*, p. 28: 3. e *Zacharia*.

—— post verf. 30. XLVIII. 2. *Memorie Bresciane*, p. 235: 26. et *Donati Supplem.* p. 28: 10.

P. 202. verf. 10. Vereor, ne idem sit titulus, et homo, qui apud *Gud.* XXXV. 6.

—— verf. 19. Extat quoque apud *Maffeum*, in *Museo Veronensi* CCXXXVIII. 4. et *Donatum* in *Supplemento*, p. 28: 4.

P. 203. verf. 2. v. quoque *Donatum* in *Supplem.* p. 28: 1. Sed eum ipsum cum aliis *Rubei* in dubium vocat *Maffeus*, in *Critica Lapidaria* L. III. c. 4. p. 475.

P. 206. verf. 15. post Merito | Ad hanc aram vide *Io. in de Betouw*, *Annal. Noviomagens.* p. 215. et 226.

P. 208. verf. 7. et *Gudianum*, LII. 8.

—— verf. 19. Sed eam ipsam lapidis Epigraphen spuriae antiquitatis accusat *Maffeius*, *Art. Crit. Lapid.* p. 82.

—— verf. 22. Extat iam apud *Gruter.* MXI. 5.

—— verf. 25. repetiit *Donatus*, in *Supplem.* p. 30: 3.

P. 209. verf. 8. renouavit, nescio quam ob causam *Donatus*, in *Supplem.* XXX. 2.

—— post verf. 8. LIII. 2. verf. 2. HAC-CILIVS. *Donati Supplem.* p. 30: 17.

—— verf. 19. nescio quae ratio impulerit *Donatum* in *Supplement.* p. 29: 12, vt eumdem rursus inculcaret.

—— verf.

—— verſ. 27. *Fabrettus* X. 203. non *Minervam* illa litera M. ſed *Mercurium* indicari putat.

—— verſ. 31. *Donatus* quoque in *Supplemento* habet VALENTIO, p. 30: 1.

P. 210. poſt verſ. 10. LIV. 5. VIRIBVS. *Mendoſe*, inquit *Donatus* in *Supplement.* p. 32: 2. pro VIRIVS. quam lectionis fidem praeſtet, qui lapidem inſpexit

— verſ. 23. *Carlii* exemplum reddidit *Donatus* in *Supplemento*, p. 32: 5.

P. 211. verſ. 1. item poſtea in *Muſeo Veronenſi*. CCXXXVII. 6.

— verſ. 17. Neque conſtantia vbique ſunt cognomina *Septimii*. *Severinus* eſt ap. *Gruterum* CXII. 9. *Severianus*, vti hoc Muratorii loco, ſic apud *Gruter.* LXI. in *Brixianis* l. l. et *Grut.* CXV. 8. *Severus* apud *Donatum*, in *Supplement.* p. 31: 7. dubium quoque huius *Septimii*, ſive *Severini*, ſive *Severiani*, ſive *Severi* Liberti, *Felix*ne ſit an *Felicio*? *Felicio* eſt apud *Gruterum*, LXI. 6. CXV. 8. *Marm. Brix.* p. 173. et *Murat.* h. l LV. 2 *Faelix* audit *Grutero*, CXII. 9. *Foelix Donato Supplem.* p. 31: 7.

P. 213. verſ. 31. Attamen quin *Cogidunus* Rex intelligi poſſit, non videtur eſſe dubium. *Cogiduni* regis meminit *Tacitus* in *Vita Agricolae* 14. neque dubitaverim, quin Rex ſimul et Legatus eſſe potuerit, quoniam *Tacitus* ibi ait: *Cogidunum* ad noſtram vsque memoriam *fidisſimum manſisſe, vetere ac iam pridem recepta populi Romani conſuetudine, vt haberet inſtrumenta ſervitutis, et reges.*

P. 215. verſ. 1. eumdem repetiit titulum *Donatus* in *Supplemento*, p. 33:2. non expreſſo tamen P. praenomine ſed L . . .

P. 217. verſ. 29. poſt *Gruterum* inſeratur: DLXXII. 2. et

—— verſ. 30. cur repetierit *Donatus* in *Supplem.* p. 34 : 2. rationem me neſcire fateor.

—— verſ. 34. poſt *Gruterum* adde : XLV.10. *Donatus* in *Supplemento*, p. 38 : 3. exemplum *Sponianum* ſecutus eſt.

P. 221. verſ. 26. poſt legi: II. 77. et X. 123.

P. 223. verſ. 5. poſt Donio | *Q. Eutemus*, *Cyriaco* apud *Donatum*; *Lucullius* quoque *Cyriaco* apud *Donatum* in *Supplem.* p. 36 : 3.

—— verſ. 19. v. quoque *Muſeum Veronenſe*, CCXXXVIII. 5.

P. 224. verſ. 12. arg. *Gruteri*, XLIV. 12. de quo *Reineſius* in *Eponymologico* MSC.

P. 227. verſ. 9. de quo ſigillatim egi in literis ad ampliſſ. *Wynium*.

P. 229. verſ. 6. poſt Claſſ. I. 95. | vnde eum quoque titulum inutiliter, vt reor, denuo commemoravit *Donatus*, in *Supplem.* p. 37 : 2.

P. 231. verſ. 27. Picturam quoque lapidis vid. in *Coniecturarum et Adnotationum Specimine Maittairii Marmorum Arundellianorum*, p. 579.

P. 232. verſ. 10. poſt : *Fleetwodo*, p. 23:1. | et quod mirum, a *Donato* in *Supplemento* etiamnunc repeti potuiſſe, p. 76 : 2.

P. 235. verſ. 29. poſtea in lapibibus Bibliothecae Vindobonenſis repetiit *Maffeius* *Muſ. Veronenſ.* CCXXXVIII. 6. legitque emendatius M. ALCINVS RVFINVS MA-

RIA-

RIANVS, vti etiam *Donatus Supplement.* XLI. 4.

P. 234. poſt verſ. 5. LXVIII. 3. integrius eſt exemplum et quidem nota 7. ante nomen CARI, in *Donati Supplemento*, p. 39:10.

—— verſ. 19. et poſtea ab eodem viro illuſtri in *Muſeo Veronenſi*, CCXXXVIII. 7.

—— verſ. 26. *Donati Supplementum*, p. 39 : 2. habet C. VICTRICIVS. in fine vero deeſt: VO. SOL.

—— verſ. 31. poſt 25. vide hic *Maffei Critic. Lapidar.* L. III. c. III. p. 263.

P. 235. verſ. 13. quod cum in iis factum esſet, quid cauſae ſuberat, cur eiusdem arae ſimulacrum denuo depingeretur a *Maffeo* in *Muſeo Veronenſi*, CCXI. 5. et *Donato*, in *Supplem.* p. 41 : 3.

—— verſ. 30. quod neſciit *Donatus* in *Supplemento*, p. 41 : 2.

P. 236. poſt verſ. 5. LXX. 9. *Spon.* II. *Miſc.* p. 43. et *Donati Supplem.* p. 40 : 1.

P. 237. verſ. 3. repetiit ſine idonea ratione *Donatus*, in *Supplem.* p. 5 : 2.

—— verſ. 5. vbi ſane emendatior, quam apud *Donatum* in *Supplem.* p. 42 : 3. qui offert ſatis inepte: APTAE.

—— poſt verſ. 5. LXXII. 4. Extitit iam apud *Fabrett.* VI. 178.

P. 239. verſ. 15. poſt tranſierat | LXXXIV. 8.

—— verſ. 18. non SCAPVLI FILII, ſed SCAPVLAE.

—— verſ. 20. qua etiam forma rurſus excu-

cudendum typis tradidit *Donatus*, in *Supplem.* p. 41 : 9.

—— verſ. 32. LXXVI. 2. quem ipſum lapidem poſtea *Maffeius*, in *Muſeo Veronenſi*, CCXXXIX. 2. et *Donatus*, in *Supplem.* p. 43 : 7. in medium rurſus protulerunt.

P. 241. verſ. 33. ſed iam extitit apud *Fabrettum*, II. 82. quod neſciit *Gorius*.

P. 243. poſt verſ. 32. LXXIX. 6. verſus 5. non extat in *Muſeo Veronenſi*, CCCXIII, 5. eiusque loco lacuna cum quatuor verſibus AETERNI AVGVSTI VALERII *Licinius* et DALMATIVS rel. iisdem verſibus plenior recurrit apud *Donatum*, in *Supplemento*, p. 44 : 2.

P. 244. verſ. 4. et ex ſchedis *Guocchianis Donatus*, in *Supplem.* p. 45 : 2.

P. 250. poſt verſ. 29. LXXXV. 2. e ſchedis *Stoſchianis* pleniorem ſanioremque repetiit *Donatus*, in *Supplemento*, p. 46 : 7.

P. 251. verſ. 3. Interim *Maffeius* in *Muſeo Veronenſi*, CDXIII. 1. eumdem titulum rurſus conſpiciendum praebuit, omittens tamen verſ. 4. MINERVAE quae occurrit in eius *Antiquitatibus Gallicis*.

—— verſ. 6. paulo aliter e ſchedis *Stoſchianis Donatus*, in *Supplemento*, p. 46 : 8. neque diſtinctis lateribus arae, vt in *Gudio*.

P. 253. verſ. 1. pro verbis: velut a ſe excogitatum lege: velut ſimplici litera C, expreſſum, exemplo alius lapidis IX. 2.

—— verſ. 4. eumdem rurſus protulit *Donatus*, p. 48 : 3.

— verſ.

— vers. 10. contuli cum schedis *Gudianis*, quae in Bibliotheca Traiectensi paene ignobiles servantur. Partem huius tituli inde a vers. 7. edidit *Maffeius*, *Observat. Literar.* Tom. I. p. 189. et *Mus. Veronens.* CCXLI. 4. vbi Q. RVFRIVS SVLPICIA eodem pacto, vti apud *Donatum*, in *Supplemento*, XLVIII. 7.

— vers. 28. *Sortium Aponinarum* meminit *Vopiscus* in *Firmo*, 3.

— vers. 31. leg. LXXXIX. 2. et *A. Iunius Macrinorum Lib. Nigellas.*

— vers. 33. leg. LXXXIX. 1. cui ignotum erat, iam a *Gudio* descriptum esse; neque tamen eius culpa fuit, cur ab editoribus *Gudii*, CCCXXXIII. 2. alieno loco male in *Monumentis Singularium* recenseretur.

P. 254. vers. 33. quem *Donatus* in *Supplem.* p. 48: 4. denuo inculcavit.

P. 255. vers. 22. vid. quoque *Reines.* I. 126.

P. 256. vers. 33. Eadem nomina *L. Valeri Nymphodoti*, et *C. Statii Heureti* supra occurrunt *Murat.* XXXIX. 2.

P. 257. vers. 5. post MXVIII. 5. quem titulum cur *Donatus* rursus dederit, rationem non comminiscor.

— vers. 23. et in *Museo Veronensi*, CCXXXIV. 8.

P. 258. vers. 10. Sed nullum titulum, *Flora Dea* insignitum, probae vetustatis esse censet *Maffeius*, *Art. Crit. Lapid.* L. III. a III. p. 310.

P.

P. 259. verſ. 9. poſt verſ. 4. *Donius*, l. l. *Fumanis*, male!

—— verſ. 10. *Donatus*, in *Supplem.* p. 20:3. EVMANIS.

—— verſ. 12. SAC. hoc eſt, SAC*erdos*, argumento alius lapidis apud *Donatum*, in *Supplem.* p. 20 : 5.

P. 260. poſt verſ. 20. XCIII. 8. Edita iam fuerat ab *Hesſelio* ad *Gudium* in *Indice*, p. CIII.

—— verſ. 25. et ſecundum eum *Donatus*, in *Supplemento*, p. 51 : 5.

P. 261. verſ. 20. Adde: *In de Betouw, Annales Noviomagenſes*, p. 213.

P. 265. verſ. 33. vnde ſuum habuit exemplum *Donatus*, p. 51 : 9.

P. 266. verſ. 4. poſt memoriam | *Grut.* MCLIX. 3. et

—— poſt verſ. 11. XCVII. 4 quem rurſus in memoriam revocavit *Donatus*, p. 51 : 12.

—— verſ. 20. adde: XCVI. 2. et poſtea apud *Donatum*, p. 52 : 2.

P. 269. verſ. 5. cuius tituli, neſcio quo fine, rurſus meminit *Donatus* in *Supplem.* p. 52 : 6.

—— verſ. 15. vid. quoque *Grut.* MLXXVI. 8. et *Fabrett.* VI. 181.

—— verſ. 26. apud quem *Donium* non eſt THEODOTVS ſed THEODORVS.

P. 271. verſ. 9. neſcio an iure, vid. *Maffeius*, in *Muſeo Veron.* CCXXXIX. ad n. 3.

— verſ.

— verſ. 22. Notetur hic ſimile Auguſti et Romae templum apud Pergamum, e *Tacito*, IV. *Ann.* 37.

P. 273. verſ. 23. Attamen *Vivens* quoque in veteribus lapidum titulis vſurpatur, exemplis non paucis *Gudii*, CLXII. 7. CLXX. 4. CXCIII. 3. CXCV. 1. CCIV. 5. CCIX. 10. CCX. 1. CCXIV. 7. CCXVI. 8. CCXVII. 2. CCXXXIV. 8.

— verſ. 30. poſt 145. | et in *Appendice Omisſorum*, n. 3.

P. 274. verſ. 6. vbi verſ. 5. neſcit vir doctisſ. quid divinandum ſit in ſiglis C. V. *Caius Vibius*, an *Valerius*. *Valeſius*ve? quid ſi latere hic posſit *Civis Vervasſium*.

P. 275. verſ. 5. Scire debuerat et *Muratorius*, et *Maffeius*, hunc lapidis titulum diu iam ante lucem vidisſe apud *Gruter*. XVII. 7. *Fleetwoodum*, p. 5 : 5. et *Fabrett*. VIII. 104. vti *Muratorius* noverat, *Fabrettum Deo Magno* commutasſe in D. M. h. e. *Dis Manibus*.

P. 276. verſ. 20. Apud *Donium* tamen non editur FRONDOSIAE, ſed FRONDISIAE.

P. 278. verſ. 26. et *Donatus*, in *Supplemento*, p. 55 : 6.

P. 284. verſ. 17. vel ſic tamen eamdem repetiit *Donatus*, p. 14 : 6. itidem legens NATIS.

— verſ. 21. et *Donius*, III. 34. qui viderat.

— verſ.

— vers. 28. vti *Donatus* in *Supplem.* p. 55 : 14.

P. 285. vers. 10. Extitit iam apud *Fabrettum*, VI. 117. quod Gorius ignoravit.

P. 287. vers. 21. post *Lupum* | et secundum eum *Donatus* in *Supplemento*, XI. 11. et LX. 1.

Alio tempore plures MISSVS.



Menda typographica:

P. 1. Tom. I. et II. pro Tom. I. ex II.
P. 50. lin. 27. et pro ex.
P. 56. lin. 18. expleantur non expleant.

VA-

VALENTINI SLOTHOUWER
ANIMADVERSIONES
CRITICAE
IN
VETERES AUCTORES CLASSICOS.

Fateor, B. L., et quare fateor? Haec ipsa te charta docere poterit, me non illorum in classe censendum esse, qui a Dea Critice sibi aliquam laureolam sperare audeant. Omnes non omnia possumus: mea in otio scholastico non parum negotiosa vita, et meus, forte aliquatenus studiorum desultor, animus, me ad hunc honorem nunquam passa sunt adspirare. Quae tamen hic illic, legenti ac meditanti Scriptores veteres, non sane ut emendarem, sed ut, quid rerum ex illis cognosceretur, cognoscerem, ut pro meo modulo utriusque linguae notitia imbuerer, quasi nata sub manu observare aliquando contigit; cur hac tam commoda occasione in adspectum et lucem proferre puderet me? quicquid naevorum antiquis auctoribus classicis, per quos spiritum et vitam hodierna sapientia ducit, abstergeri videatur posse, omni ope abstergendum es-

esſe, et, ſi vires fortasſe deſint, voluntatem hic tamen, niſi ex prava ambitione natam, non temere ſpernendam arbitror.

Sed ad materiam propoſitam tranſeo.

In ATHENAEUM.

Ac principio placet illud cornu copiae antiquae doctrinae, qua, neſcio, auctorne ipſe, an, qui auctorem eruditisſimo commentario illuſtravit, inſtructior fuerit, ATHENAEUM in manus ſumere, et, ſi quid aptius in mentem venit, quamquam haec certe erit avis rarisſima, ſi tamen quid aptius in mentem venit, eruditi Lectoris judicio ſubjicere.

L. I. Cap. XIV. *Pag.* 16. C. τοιουτον δε τινα &c. Leviculum eſt, quod dicturus ſum. Sed quidni hic malimus ſcribere τοιαυτην &c.?

Pag. 17. A. παλιν ςαντα &c. Aut, ſi interpres haec bene vertit, hoc ςαντα mutandum eſt in ςησαντα, quod habet Activum ſignificatum; aut aliter haec capienda ſunt, idque ultima illa verba βαλειν την ἑτεραν leniter in βαλειν τῃ ἑτερᾳ (ψηφῳ, ut ſupra, ει τις βαλοι ψηφῳ ἑτερᾳ, mutando: ut ſenſus ſit, *et* (illum, qui calculum *Penelopen* dictum protruſisſet) *rurſus conſiſtentem Penelopen altero calculo* (qui jam locum calculi, *Penelopes* dicti, ſed ex ſua ſede protruſi, occupavisſet) *ferire debuisſe.* Quod ſequitur ἐνελπις ἐιναι τῳ γαμῳ, nonne Graecae linguae genio convenientius hic legeretur του γαμου?

Pag. 18. B. την ἀρχην. Num forte των ἀρ-

ἀρχαίων? *Illis antiquis non sinentibus* &c. Ita *Cap.* XIX. huius Libri οἱ ἀρχαῖοι πάντες, et *pag.* 31. οἱ ἀρχαῖοι simpliciter.

Cap. XXI. *Pag.* 27. D. ὁ χαρίεις. Num ergo et alius Antiphanes, isque ab hoc venusto Antiphane diversus, fuit? An vero legendum χαρίεντας, ita ut ultima τῆς a sequenti τὰ absorpta fuerit? Mihi quidem hic nihil dubii.

Cap. XXII. *Pag.* 28. F. ἐστιν ὄψον χρηστὸν &c. Huic versui Antiphanis, ut metro sua constet ratio, ego lubens particulam εἰς addiderim, atque ita legerim;

Εἰς ὄψον ἐστι χρηστὸν ἐπαγωγὸν πάνυ.

L. II. Cap. I. *Pag.* 36. B. Εὐθυμίαν φέρει γ' &c. Ut metro consulam, hunc versum velim ita legere.

Εὐθυμίας φέρει' ἂν (sive ἐὰν) δ' ὑπερβάλῃς ὕβριν.

Et, quod in versu sequenti occurrit, προσφέρῃ vel cum jota subscripto scripserim, vel in προσφέρῃς mutaverim. Quidquid sit, videtur in secunda ponendum persona esse: et προσφέρειν et προσφέρεσθαι haud raro promiscue usurpata inveniuntur.

Cap. VI. *Pag.* 44. F. Οὐρεῖν δὲ πρᾶττε καθάπερ ἀπαντῆς &c. Non placent hic mihi Casauboni et emendatio et explicatio; in primis quando ad paginam 15. ad sequentes voces κύστιν δ' αὐτοῦ ἔχοντα devenit. Nam quid hoc; *vesicam semper eodem in loco et statu habentem?* Adeone Lyncei erant; qui observabant homi-

nem? Ου πειθεις, ὀυδ᾽ ἀν πεισης. Sed num clarior est emendatio την κυςιν δε ἀυτου ἐχοντες ἀει? Cave dixeris. Quid? si ita hunc locum expli caremus, hic illic leni correctione subvenientes; *Neque Lasyrtes indigebat potu, quemadmodum alii, mejebat vero ut cuncti homines, et multi quidem curiose aggressi sunt illum observare, et non crediderunt, priusquam rem comperisſent*. Ergo ut quoque jam vidit, sed neglexit annotare, commentator eximius, ἀπεςησαν mutandum in ἠπιςησαν; et, quia praecesserat ὐδε, non necessarium videtur, hoc ipsum ὐδε ante ὐρον προοιτο repeti, ut Casaubonus voluit: nam potuit hujus fabulae narrator eandem a voce ὐδε incipere, ut ipsam ita a se praemissis annecteret. *Nam aestatis tempore vel triginta dies illi adsidentes, et eum nullis salsis cibariis abstinentem. sed vesica urinam habentem cum viderent; cuncti persuasi sunt illum vera dicere*. Nonne autem facillime τη κυςει δ᾽ ὀυρον ἐχοντα, vel quoque τη κυςει δε ἀυτον ουρον ἐχοντα, propter similitudinem ductuum, quibus ἀυτον et ὀυρον scribitur, alterutro omisso, vel altero in alterum mutato, in lectionem, quae nunc exstat, abire potuit? Nonne etiam ille vanus agyrta se majori miraculo jactare poterat, si negaret, quantumvis nil potus sumeret, quam si contrarium pateretur? Quod si ita legimus, et explicamus, hunc locum, γαρ optimum sensum habet; *non crediderunt, priusquam rem comperissent: nam* (accuratissimum rei experimentum instituentes) *aestatis tempore vel triginta dies illi adsidentes* &c.

Cap. VIII. *Pag*. 47. G. Η μη ποθουντ᾽ αι-

δας

διας ποιητην και μελη. Ego nondum a meo animo impetrare possum, ut credam cum magno interprete, haec vertenda esse, *vel Poëtam, qui recitandis versibus suis non obtundat.* Nonne enim haec verba simplicissime significant *vel Poëtam non amplius amanten*, sive *desiderantem, edas, carminibus non amplius oblectatum*? Nonne Poëtae tam naturale est carmine delectari, quam cibo τοις ιδιωταις? Nonne itaque si appetitus versuum, ut ita loquar, Poëtae, et appetitus cibi τω ιδιωτη, sive viventi ut edat, minuitur; nonne tunc ambobus dicenda erit vix vita vitalis esse? Forte ad hos versus Alexidis respexit Horatius *L. II. Ep. I.*

— Vatis avarus
Non temere est animus, versus amat: hoc studet unum.

L. III. *Cap.* V. *Pag.* 78. G. Μειλιχιον καλεισθαι τον Διονυσον. Vel καλεισθαι mutandum hic in καλουσι; sin hoc displiceat ob antecedens ιστορουσι, quod terminatione est nimis simile; tota sententia est ita constituenda: Ναξιους δε &c. μειλιχιος καλειται ὁ Διονυσος

Pag. 79. A. Τα πεπεμμενα και μαλιστα &c. Num forte legendum και μαλιστα τα πεπεμμενα αύτων &c.?

Pag. 79. B. Δυναμιν δ' ἰσχει των ὑγρων. Nonne τα ὑγρα?

Pag. 79. G. Ει κρατουμεν ἀμφοτερων minus bene vertitur. Nonne indicat? *si utrosque fructus*, nempe την ἀλλην τροφην ἰσην ληφθεισας και τα συκα, *vincimus*, sive concoquimus. πεπ-

ται vero eſt procul dubio error typis deſcribentium pro πεπτεται.

Pag. 80. F. Προσλαμβανοντα δε ευσομειν &c. Quo pacto haec verba ſenſum, quem interpres illis dat, habere posſint, ego prorſus non video. Quid? ſi ita legamus προσλαμβανομενα μεν ευσομειν, δια δε την κοσην συψιν ευστομαχωτερα ειναι. *Sumta grata palato esſe, et ob aliquantulam adſtrictionem ſtomacho utiliora.* Ειναι hic in fine haud difficulter a ſequenti ειναι abſorberi potuit.

Cap. XI. *Pag*. 89. E. Ου δυναμενα συμμενειν. Quidni hic pro συμμενειν, μενειν legeremus?

Cap. XXIII. *Pag*. 102. B. Μαλλον δε κατεχοντα &c. Ut verſus ſuis pedibus ſtet, nullus dubito quin hic legendum ſit, μηδε κατεχοντα &c. ita ſequens quoque verſus a dactylo incipit, quem ego quidem juxta illum, qui ſequitur, ſic conſtituerim;

Και τον Επικουρου κανονα μισθωσαι σαφως
Ος εκδιατριβη &c.

et tibi mercede conducito eum, qui Epicuri canonem accurate doctus ſit. Atque hac ratione nec verſus deſiderabitur, quae videtur ſententia illuſtris Commentatoris esſe, et omnia, ni fallor, erunt admodum perſpicua. Mirum vero, quod ex tam corruptis verbis tam pulchram, et ipſam mentem Poëtae tam commode indicantem, verſionem Dalecampius dederit, et ipſe Caſaubonus, ab hac commonitus verſione, non meliorem lectionem ſuppeditave-

verit. Adeone verum eſt, quod vulgo dicitur? *Non vacat exiguis rebus adesſe Jovi.* Forte idem quoque dici poteſt de verſu Platonis Comici, quem habet ſequens

Cap. XXIV. *Pag.* 103. G. Προτερον ὀυκ ειθισμενον, ubi verſio *non asſuetus antea* habet, et ego quoque ειθισμενος praetulerim. Atque in hoc eodem Platonis carmine ego in hoc verſu

Ουτως ἐπαν γλαυκισκος ἀυτοις παρατεθη

ὑτως in ὑτοι mutaverim. Ita ſenſus habebit nihil, ad quod offendas, et metrum nihil detrimenti capiet.

Pag. 104. A. In hoc pulcherrimo, ut mihi quidem videtur, Antiphanis Trochaico haec verba ὑδε ταυτα σφοδρα τι mihi magis placerent, ſi pro ταυτα τυτο legeretur, omisſo τι, quod nihil ad ſenſum aut metrum facit. In praecedenti verſu quidni etiam pro ἐισαναλισκειν ἐισαναλισκων ſcriberemus?

Pag. 104. E. Ego hic ultimum verſum Alexidis ſic malim legere,

Σωτηρα. τους ἀλλους δε παντας ζημιᾶν.

ſupple ἐψηφισμενον ἐςι: *omnes alios mulctare*, ex qua mulcta Callimedonti ſtatua poneretur..

Pag. 106. C. Καριδας δε βραχεος &c. Nonne βραχεως?

Pag. 107. C. Εποιησατ' ἀυτον &c. Ego hic timidus propono ſuſpicionem meam: ſed, ut

 ex

ex animi sententia loquar, mihi magis haec arriderent, si ἐποίησα τ' αὐτο &c. hic legeretur; *in sartaginem haec ego omnia*, quae enumero, *accepi, et feci eam* (sartaginem) *magis variam, quam pavo est.* Confidentior propono sequentem conjecturam meam.

Pag. 108. E. Πως ἂν μετ' ἀδελφης &c. Aeternum decus Belgarum, ille Hugo Grotius, hunc locum ita legendum arbitrabatur.

A. Πως ἂν μετ' ἀδελφης εις Αθηνας ἐνθαδε
ἀφικες; B. ἀφικομην &c.

interjecta voce ἀφικες Sed hanc vocem hic propter metrum haudquaquam ferendam, sed cogitatione supplendam esse, putat doctissimus P. H. Koppiers, *Observ. Philolog. cap.* V. quorum prius verum est, et falsum posterius. Mihi saltem nullum est dubium, quin haec verba sic refingenda sint,

Ποτ' ἰων μετ' ἀδελφης &c.

aliquando cum sorore profectus &c. Nam quomodo ille, qui, ut in textu est, ad sibi factam quaestionem responsurus erat, ab interrogatione potuisset incipere?

Cap. XXXIII. *Pag.* 126. C. In hoc ultimo Nicandri versu ἐκδαινυσο a Casaubono mutatur in ἐξαιρεο. Sed nonne antiquae lectioni propiores manebimus, si hic legamus ἐκδαινυσο ab ἐκδαινυμαι? Sin aliquis criticus jam forte dixerit, που κειται ἐκδαινυμαι; ἐξαινυσο per me legito.

Lib.

Lib. IV. Cap. I. *Pag.* 128. D. Pro ἰσο-πλατος hic procul dubio legendum ἰσοπλατυς, sed quod vitium typothetis deberi censeo.

Pag. 129. A. ἐμοι μεν γυμναι δοκει. Haec verba, ut sensum commodum accipiant, transponit Casaubonus. Sed num usitate sic simpliciter dicitur, ἐμοι δοκει? Quidni potius lenissime mutamus, ac legimus ἐμοι μεν γυμναις ἐδοκουν?

Pag. 129. B. Περιχυνεος, ὅνος &c. Nolim hic a Casaubono ὅνος in ὅλος mutatum, subjecto τοιουτος. Hoc nimium ab ordinaria lectione abit. Quidni malumus τινες pro ὅλος legere?

Pag. 133. D. Versum tertium Nicandri, qui, ut nunc scriptus est, nihil prorsus significat, sic legendum existimo.

Και τας μεν καρπωσαι ἀποβλαπτὰς βορέῃσι,
Illis quidem utere jam laesis boreis.

Conferatur Plinius pag. 459., docens *flaccidorum et in horreis enecatorum majorem gratiam quam viventium esse.* Num deinceps pro ἀσταφιδος legendum ἀσταφιδας, et, pro sequenti ἐιν ἐνι, εἰ δ' ἐνι *si vero adest faex?* Casaubonus in versu ultimo pro ἀμυναι legit ἀρυναι: ego κρυναις praetulerim ob praecedentia κρυψαις, λεηναις.

Ibid. F. Εστιν ἐν δοξος &c. Quidnam hoc rei est? hic iterum videtur verum vidisse doctissimus Dalecampius in versione, et tamen auctor suum mendum antiquum retinuit. Nam

quidni hic legitur? ἐςιν ἠνιδ᾽ ὄξος &c. *est ecce acetum* &c.

Sed, ne in hoc uno auctore diutius commorans molestus fiam lectoribus, nunc age alius in scenam prodeat. Ergo transeo ad AELIANI *variam historiam.*

L. I. Cap. II. Τοδε ἀρα παγη. Num hic forte pro ἀρα ἀραχνιον legendum est? Huc saltem me videtur ducere in notis subjectus locus ex Xenophonte. Imo an utrumque hic legere malumus? Ego quidem non refragabor: et nullus error librariis familiarior, quam ut ita repetitione τυ ἀρα, ubi scriptum esset τοδε ἀρα ἀραχνιον, deciperentur. Quod si ita legimus, evanescit difficultas omnis, quam haec verba Aeliani (si Grammaticam rationem sequaris) eruditis movent; ut in notis Perizonii videre est. Sed quidnam hic faciemus sequentibus? τοσουτον δε ἐμπιπτει; quidnam hoc rei est? Semperne tantum solummodo in rete vel in telam araneae incidit, quantum illam rumpere nequeat? Hoc si verum est, turpissime ille Scytha Anacharsis errabat, qui leges telis aranearum dicebat similes esse, in quibus haererent minutae res, sed quas magnae illapsae rumperent. Et nonne tunc admirabilis animalculi prudentia (an divinatio?) in exstruendo hoc reti sit? Ego hoc non possum concoquere, et, leni mutatione facta, lego τοσουτον δε ἐμπιπτον. Prius dixerat, araneam rapere, ac devorare, quidquid in nassam incidat. Hoc nimis generaliter dictum hic jam restringit, ac limitat, di-

cens

cens illam *epulas parare* (non quidem prorsus in universum omnia in rete cadentia) sed *tantum quidem incidens* sive *illapsum*. Et tunc gutta guttae non erit similior, quam haec ita a me emendata verba sunt illis, quae habet Noster L. III. Cap. IX. Και ἡττατο της νικης, κακης δε ὑσης. At si quis δε hinc velit extrudere, in qua tamen particula liberalis Aelianus est, et pro illa γε legere, quod nostro itidem usitatissimum (Vid. Perizonius ad L. III. Cap. IX. Not. 6.) ego quidem haud ciccum interduim.

Cap. X. Ολα ἐκεινα τα βελη &c. Ego ὁλα ἐκεινοις &c. malim: quia simpliciter modo τοξευειν et βαλλουσι praecesserat.

L. II. Cap. IV. Και ἐνηθλει. Verbum parum notum, neque, ut mihi quidem videtur, hic admodum commodi significatus, mihi non nimis perplacet. Quid? si ἀντλη τας βασανους hic legeremus? Nonne sic ἐγκαρτερει και ἀντλη simillimum Latino *perfer et obdura* foret?

L. IV. Cap. XXV. Συνοικων τῳ ἀῤῥωστηματι. Quidnam hoc phrasios est? Fateor, apud Euripidem legitur πολυς συνοικων ἱππικοις ἐν ἠθεσι; sed illic συνοικειν aliter accipiendum esse, et fere, ut Belgae dicimus, *hy woont by de paarden*, *hy woont op het coffyhuis* &c. unusquisque assentietur: quod ergo nihil prorsus facit ad hunc locum Aeliani corroborandum. Quanto rectius hic legeretur, exigua mutatione facta? εὐδοκων τῳ ἀῤῥωστηματι, *acquiescens* sive *laetus infirmitate*. Nam. I. nonne hae voces facillime a librariis confundi poterant? II. Nonne dudum observarunt docti, Aelianum et Athenaeum vel pleraque sua ab

iisdem auctoribus mutuatos esse, vel alterum descripsisse ex altero? Et num usquam apertius ejus rei signum, quam in hac de Trasyllo, sive Trasylao, ut ipsum vocat Athenaeus, fabula? Nam quid pro συνοικων τω αρρωστηματι Athenaeus dat? Inspice auctorem, sodes, et lege και διηγε μετα πλειστης ηδονης; et an ovum oro similius, quam hic Athenaei locus Aeliani verbis, nunc a me emendatis? Imo III. nonne in solo Horatio satis est praesidii, ad emendationem, ut a me facta est, stabiliendam? quando ille in *L.* II. *Sat.* II. hanc Nostri historiam narrans in his, lectionem meam tantum non verbum verbo reddentibus, desinit,

Pol me occidistis, amici,
Non servastis, ait; cui sic extorta VOLUPTAS,
Et demtus per vim mentis GRATISSIMUS *error.*

L. XII. Cap. I. *Pag.* 716. Ed. Periz. *εις ωμιλησε.* num forte hic η praeponendum est, η *εις ωμιλησε quam alias quibuscum habuit consuetudinem?* Particula η hic non modo addi solet ad Latinorum *quam* indicandum, sed aliquando vel pleonastice addi a Graecis solet. Vid. Gregorius *de Dialectis*, pag. 37. ubi tamen perperam in Notis existimat G. Koenius, ita quoque interdum redundare *quam* in Latina lingua, E. G. in hoc Virgilii,

Nec graviora timet, quam morte Sichaei.

Nam hic vocem *quam* consuetum habere significatum, et *morte* significare *cum moreretur*, acu-

acutissimi viri perspicaciam effugisse miror.

Jam pergo ad alterum hujus nostri AELIANI opus *de animalibus*.

L. I. Cap. XXXIV. Ηπατησε του Αχιλλεω &c. Nequeo hic satis demirari, quae annotavit Gronovius. Quid? Num diversa ab Homero Aelianus memorat? Num dicit Aeneae oculis a Neptuno offusam caliginem; an vero nube tectum a Neptuno Aeneam esse, et sic oculis Achillis objectam caliginem? Posterius procul dubio verum est, et idem, quod Homerus cecinit.

Cap. XXXXVII. Των κορων περαχυνουσαι &c. Ego hic me nihil intelligere fateor. Num forte legendum των κορων ἀπογευσασθαι, ut infra Cap. 58. ἀπογευσαμεναι αυτων &c.? Atqui aliquis hoc forte dixerit nimis longe a vulgari lectione discedere. Ergo si auctorem scripsisse existimemus των κορων πεπονων γευσασθαι &c. nonne hoc propius accesserit? Imo nonne hoc admodum concordare dixeris et antecedentibus και μενει ἑς τ' ἀν αυον γενηται, et illis, quae Ovidius, de ficu narrans, quod Noster de tritico memorat, habet, *Fast.* L. II. v. 255, 256.

Immemor imperii sedisse sub arbore fertur,
Dum fierent tarda DULCIA *poma mora.*

Cap. LI. Pro ὑπνοι πεπιστευται malim ὀρθως &c.

L. II. Cap. VII. Το ἐντευθεν τε λογου &c. Mala crux hic locus eruditis fuit. Vide apud Gronovium, quid Gesnerus hic legerit, quid Trillerus reponendum censuerit, et quid Pauwius

wius pro ἀςροις hic ſcribi maluerit. Ego inprimis laboro de vocibus το ἐντευθεν, quanquam etiam in aliis mihi non liquere fateor. Num ergo deſperatus hic locus eſt, cui nulla adhiberi medicina posſit? Si non prorſus eſt deſperatus, ſaltem eſt in maximo periculo vitae, utpote in quo tot Medici ſuam artem exerceant. Quid? Licetne meam tot addere curationibus? Tu vide, quaeſo, L. B. num mea haec emendatio ſe tibi ut cumque probare posſit: και το δειπνον το ἐξ ἀυτων σημαινεσθαι ἀποκταθεντων (an forte mavis ἀπολειφθεντων?) τα ψοφω τυτω τοις ἀλλοις, *mulos vero et coenam ex ipſis occiſis* (paratam) *ſignificari illo baſiliſci ſibilo ceteris.*

Cap. XV. Εκειθι περιερχονται &c. An forte ἐκεισε? nempe ἐκεισε και δευρο, ut infra L. III. Cap. 13. και τας δευρο και ἐκεισε τε περσου μεταβασεις.

Ου δεον γαρ &c. Miror, quidni huic loco ex ipſa verſione reſtituta ſit ſana lectio (ὐ δεον γαρ) ὐδε αυτοις. Quid veriſimilius, quam hoc posterius ὐδε a librariis παρορωματι quodam neglectum esſe per antecedens ὐ δεον γαρ. Ita Nominativus Abſolutus praecesſerit, qui in hujusmodi conſtructione cum Pronomine αυτος in Caſibus obliquis poſito, Aeliano eſt uſitatisſimus: ut haec continuo ſequentia teſtantur οἱ δε ναυται και πταιεσθαι μεντοι και ἀυτοις &c. Vid. Conr. Geſneri Prolegomena *pag.* XX.

Cap. XXII. Βριθουσαι τε ὑπο &c. Haec verba magis placuerint, ſi paulo poſt ſequens και ſtatim poſt τε poneretur; hoc modo, βριθουσαι τε και

και ὑπο &c. Nam nonne sic commodius sequens τω χρονω ad ὑπο των κυματων κοιλαι γενομεναι referretur?

Cap. XXX. Αφετὸν ἀλασθαι &c. Quidnam hic το ἐντευθεν ἀφετον? Quo pacto haec verba indicare poterunt, quod hic dicuntur significare? Ergo pro ἀλασθαι legamus πασασθαι, ut sensus sit, *quod ex mensa demissum, delapsum est, comedere.*

Cap. XXXX. Οι πεφυκμενως &c. Pro ὁι malim ὁ: nam hoc magis congruum antecedenti ζηλοτυπωτατον. Quod vero sequitur ὁ γαρ χρηται &c. ad antecedens, πασι τοις πτεροις, και τοις ὀνυξι λυμαινεται, est referendum.

L. IV. Cap. LIII. Η πολλακις μη μαθη. Quid apertius, quam hoc posterius μαθη in παθη mutandum esse? Nam quem sensum illa verba habent, quae nunc leguntur? Deinde nonne sic eleganter alluditur ad Graecorum proverbium μαθηματα παθηματα? quod similiter ingeniosissime in oculis habebat ille auctor Epistolae ad Hebraeos datae, *Cap.* V. *Versu.* 8. ἐξ ὡν πεπονθεν, ὑπακοην ἐμαθεν.

Sed quia cibi varietas appetitum movere dicitur; age, age, Latinum auctorem arripiamus. Ergo pergo ad QUINTILIANUM. De excellentia hujus quidem scriptoris pro ipsius dignitate gravissime loquitur, et de naevis in ipso adhuc exstantibus non minus serio conqueritur auctor Miscell. Observ. vol. I. Tom. II. p. 137. et sequentibus. Nos hoc eodem scriptore saepenumero delectati, et vehementissime hanc ejus vicem dolentes, nunc ejus locis aliquot depravatissimis sanita-

tatem restituere conabimur. Ubi autem, quo loca facilius inveniantur, annotamus paginas, editionem Burmanni sequimur.

L. I. Cap. I. *Pag.* 13. Pro *monstris insignia*, ego nullus dubito rescribere *monstra insignia: monstra*, id est *partus monstrosi;* unde apud Comicum *aliquid monstri alunt:* quia in quibusdam civitatibus Graeciae tales, nimia distortione monstrosos, partus non licebat alere, sed in loco *ἀποθέταις* dicto deponendi erant.

Pag. 17. *Quam aequali cura* &c. An *quam* hic forte vitium typotheticum est? Mihi nihil est certius, quam hic *quum* legendum esse.

Cap. IV. *Pag.* 52. *cum consonantium coeat nulla, nisi alteram frangat.* Oedipus, non Davus, ille sit necesse est, qui haec verba utcumque intelligendo sit. Ego quidem hic *coëat*, quod plurima manuscripta ignorant, cum Burmanno delendum censeo; sed hoc amplius *nisi* in *in se* mutatum velim. Ita clarior erit oppositio: nam praecesserat IN SE *ipsas coeundi*, et sequitur *litera i* SIBI *insidit.*

Pag. 47. *tamquam species.* Suspicor legendum esse *tanquam speciem*, quia vocabulum, sive appellatio, pro uno habentur, ut particula *sive* indicat; et paulo post demum dicit, inveniri aliquos, qui vocabulum ab appellatione diducant.

L. II. Cap. XIV. *Pag.* 176. *Nam certe si et Physicos &c.* Hoc *si* compluribus hic obstitit, neque id immerito. Ego in *sic* mutatum commodissimum esse sensum daturum arbitror.

L. IV. Cap. I. *Pag.* 309. Hic procul ullo du-

dubio *perferuntur*, quod in linea secunda occurrit, mutandum est in *proferuntur*; quod per se hic idem significare potest, atque Horatianum *efferre* in hoc.

Post effert animi motus interprete lingua.

Nam ad Horatium noster Fabius respicit, cum in his ipsis verbis, tum etiam in superioribus *hi enim sunt qui mandari non possunt*: cogitemus de versu 101. *Artis Poeticae.*

—— *male si mandata loqueris.*

Imo quoties ad Horatium alludit Noster? Quid? Nonne Virgilio et aliis hunc quoque honorem tribuit? Legantur E. G. quae occurrunt paginis 1091. 1092. 1095. et 1101, et comparentur cum his poëticis, *segetis certa fides meae*, *si quando quid aptius exit*, *altum alii teneant*, et *pontem indignatus Araxes*: atque ex hoc loco saepe lucem affundi posse Quintiliano unusquisque lubens assentietur. Quare aliquis adhuc dubius haerere possit, an *praecerpitur*, infra L. IV. *Cap.* V., pro quo plurimi, iique haud stulte sapientes, *praecipitur* legendum putant, non retinendum sit, ut hoc Pindaricum aliquatenus hic exprimatur *δρεπει δε κορυφας ἀρετᾶς ἀπο πασαν*: ita ut *gratia novitatis praecerpi* dicatur a Nostro Fabio, ut Livius L. I. C. 35. *praecerptam ejus rei laetitiam* dixit. Non possum non his subjungere, atque eadem medicina curare, quod legimus in L. VI. *Cap.* II. *Pag.* 523 *Qualem facere judicem volet.*

Nam

Nam quid apertius? quam hic pro *judicem* legendum esse *judici*, et alludi ad Horatianum.

Si vis me flere, dolendum est
Primum ipsi tibi; tunc tua me infortunia laedent.

L. VII. Cap. II. *Pag.* 605. Neque per *ἐγκαίνια* &c. Alii aliter hunc locum sanant: Burmannus *encomia* malit legere. Sed quidni antiquam lectionem *pro* loco *τῦ per* revocamus? Et si tunc *encomio*, aut, si Graece malueris, *ἐγκωμίῳ* legimus; nonne tunc clarissima evadet sententia? *neque alicui, quantumvis integra anteacta vita, unquam laudi ducendum esse, quod nunc primum inceperit sceleratus esse.*

L. X. Cap. I. *Pag.* 908. *in quae donatus imperio juvenis succesferat*. forte hic, ut alii jam observarunt, pro *donatus* legendum est *natus*. Sed, ut verum fatear, hoc *donatus* mihi non obstat tam vehementer, quam sive *succesferat*, sive, ut alii legunt, *secesserat*: pro quibus dudum est ut legendum conjecerim *assurrexerat*: et nondum me hujus conjecturae poenitet. Ita noster L. I. C. VIII. *Interim et* SUBLIMITATE *Heroici carminis animus assurgat*, quod ad hunc Nostri locum, propter sequens *sublimius*, quam proxime accedit: sic quoque L. X. C. II. *nec comoedia in cothurnos assurgit*; et fere similiter dixit Vellejus Paterculus L. II. Cap. LI. *triumphum et Pontificatum assurgeret*. Quam facile autem *as* ab ultima syllaba praecedentis vocis absorberi potuit?

Pag.

Pag. 910. *Quod non ſola carminum varietate mixtum condidit* &c. Si hic *non* deleveris, et *ſola* in *ſolus* mutaveris; tam vera quam clara erit Fabii oratio. *Solus* hic aptisſime de Varrone dicitur: Solus Varro Satyras Menippeas ſcripſit *multimoda ſcriptorum numeroſitate verendus*; ut Sidon. Apoll. cecinit. Sed, quae praecesſerat, Satyra, et, qui proxime ſequuntur, Jambi, plurimos illi habent Latinos auctores. Unde alicui haud temere cupiditas oriri posſet, particulam *ſed*, quam habent codices nonnulli, hic revocandi, atque adeo legendi *ſed quod ſolus* &c.

Pag. 920. *Omnibus vitiis fractum* &c. Non placet mihi Francii *infectum*: malim *vitiis* mutare in *viribus*. Noſter ſibi placet Poëticis dictionibus; et nonne ita Virgilius in Aeneide II. *fractae vires?* Imo nonne haec ſuſpicio aliquatenus confirmatur ab iis, quae in eodem hoc Capite paulo poſt ſequuntur, *ſi rerum pondera minutisſimis ſententiis non fregisſet?* Et nonne ſic fere Noſter in ſequenti Capite II. *quo fit, ut minus ſanguinis ac virium declamationes habeant. Viribus fractum* procul ullo dubio hic idem ſignificat, quod Perſius his verbis in prima Satyra indicat;

Haec fierent; ſi teſticuli vena ulla paterni
Viveret in nobis? Summa DELUMBE *ſaliva*
Hoc natat in labris &c.

Ne tamen hic nimium meae faveam ſententiae, fatendum eſt, infra. L. XI. Cap. III. *Pag.*

1001. locum occurrere, ex quo lectio antiqua sibi aliquid praesidii comparare videtur posse; *quarum vitio et frangetur et obscuratur* &c. *vox*. Ergo lector peritus judicet.

L. XI. Cap. I. *Pag*. 967. *Quod fuisset tumidius* &c. Si hic *quod* in *quid* mutaveris, et interposito *quam* ita legeris; *quid fuisset tumidius, quam si criminis loco esse negasset Cicero* &c.; verba, quae, ut nunc quidem leguntur, absurda sunt, aptissimam tibi dabunt sententiam.

Cap. II. *Pag*. 985. *Cogitatione ipsa contineat*. Quid? si legamus *contineamus*; ut infra in hoc ipso Capite *cogitatione complectuntur*.

Pag. 987. *Et alio signo, quo moneantur, notant, quod esse vel ex re tota potest, ut de navigatione, militia: vel ex verbo aliquo. Nam etiam excidentes* &c. Ego hic *et* ante *alio signo* delendum, *tota* in *nota* mutandum, et post *excidentes*, ut et legunt nonnulli, *res* inserendum arbitror; et sensus erit cuivis perspicuus.

Pag. 988. *Vel sumuntur imaginibus* &c. Ego nullus dubito hunc locum Particula *et* interposita corrigere; *opus est ergo locis, quae vel finguntur, vel sumuntur, et imaginibus, vel simulacris* &c.

Pag. 989. *Nonne impediri quidem eorum, quae dicit, decursum necesse est* &c. Nonne hic *dicit* mutandum est in *dicimus*?

Pag. 990. *Hinc ex illa arte non inutile, attendere signa ad eos, qui exciderunt* &c. An forsan pro *attendere*, quod nescio quid hic signi-

significet, legendum est *attinere*? ut sensus sit, HINC, id est, *deinde non est inutile signa attinere ad illos sensus, qui alicui praemeditanti exciderunt*, vel EXCIDERENT, id est, *possent excidere: attinere* autem significaret aliquam cum iis cognationem habere. Haec lectio τῦ *attinere* confirmatur, ut puto, sequentibus, *haec magis adhuc adstringunt, quae memoriam ab aliquo simili transferunt ad id, quod continendum est.*

Cap. III. *Pag.* 1001. *Fluxus etsi ultra paulum coit.* Haec verba, ut nunc leguntur, nihil prorsus significant, et vel mutanda sunt in *ultro paulatim*, vel pro *ultra* scribendum est *citra*, ut dicimus *citra pulverem*, ut Noster infra *citra purpuram, citra solem.*

Pag. 1010. *Ludorum talarium licentia.* Burmannus hunc locum corruptum esse rectissime arbitratur. Quod si pro *talarium theatralium* legeris, omnia se satis recte habebunt. Nonne huc nos ducunt praecedentia verba, *quid enim minus Oratori convenit, quam modulatio scenica?* et quae paulo post sequuntur, *nam Cicero illos ex Lycia et Caria Rhetores pene cantare in epilogis dixit.*

Pag. 1017. *Concitant? Supplicant?* Quia *supplicamus* jam praecessit, ego quidem hoc *supplicant* vel totum quantum exterminaverim; vel, si hoc quisquam truculentius judicet, ob sequens *inhibent* in *stimulant* saltem immutaverim.

Cap. X. *Pag* 1098. *Apud Ciceronem invenio.* Quid? si legamus *ut apud Ciceronem invenio*, et arbitremur Adverbium *ut* facilius

a librariis neglectum esse quia *fuit* praecederet.

Pag. 1105. *Ut buccinis purpuram.* Quidni in *ut fucatis purpuram* mutabimus? Nonne praecedentia *ut lana tincta fuco citra purpuram* &c. huc manu ducunt?

Cap. XI. *Pag.* 1111. *Et abunde satis ad discendum spatia viderentur:* quam hiulca et torta haec, sodes, oratio? sin ita legamus *et abunde satis ad discendum spatiosa* (aetas) *videretur*: omnia prono fluunt alveo.

Sed ne et mihi et lectoribus taedium oboriatur, age, citharae tacentem Musam nunc suscitemus; nunc ad partes vocetur CALLIMACHUS.

In Hymno in Jovem, versu 72., illud comma in fine delendum censeo. Nam sensum hunc esse arbitror; *sed alia reliquisti, ut aliis diis minoribus curae essent.*

In Hymno in Apollinem versu 13., pro τε φοιβε ego legere malim Δει φοιβε Cuncti interpretes hic simile verbum subintelligunt, vel dicunt Infinitivum poni pro Imperativo. Sed qua audacia prius facinus audeant, ego me prorsus ignorare fateor; et posteriori sententiae vix possum quoque acquiescere: I. displicet Infinitivus cum Tertiis Personis pro Imperativo positus; II. nonne usitate his Infinitivis positis pro Imperativo ille, cui aliquid praecipitur, in Casu Recto adjungitur?

In Hymno in Cererem, versu 103., *κακα βεβρωσις ἐν ὀφθαλμοισι καθηται.* Quid ὀφθαλμοισι hic sibi velit, ego mihi non liquere fateor.

Et

Et quia Graecos Latinosque auctores, quorum alter alterum secutus sit, inter sese comparare magnam, ut docet summus ille Ruhnkenius in *prima Ep. Crit.*, vim habet in scriptoribus antiquis, sive interpretandis, sive corrigendis; evolvi Ovidium, qui libro VIII. *Metamorph. versu* 738. et sequentibus hanc fabulam narrat, imitans, saltem ut mihi videtur, hunc locum Callimachi: evolvi, inquam, et speculatus sum, num illic simile quid deprehenderem, quod qualemcumque lucem huic phrasi affunderet. Sed qui eventus fuit? Nihil prorsus repperi; nisi quis collo obtorto huc velit rapere, quod ille in Famis descriptione dixit versu 801.

Hirtus erat crinis, CAVA LUMINA.

Sed cui, sodes, verisimile videtur, ea verba Ovidii ad Nostri hunc locum alludere? Et nonne majorem veri speciem habet, haec Ovidii illic obvia verba,

Et jejuna fames, ea se in PRAECORDIA *condat.*
Seque viro inspirat, FAUCESQUE *et pectus et ora*
Adflat, et in vacuis spargit jejunia venis
— — — *Furit ardor edendi*
Perque avidas FAUCES *immensaque viscera regnat.*

haec, inquam, verba Ovidii expressa ex nostro loco Callimachi esse? Quod si assentis mihi, Lector benevole, simul quoque non gravaberis concedere hoc ὀφθαλμοισι quam celerrime hinc amovendum esse, et vel in ἐνι ςομαχοισι, vel, si Pluralis hic tibi displiceat, in

in ἐπι σομαχω mutandum esse. Ego saltem fateor, hoc posterius mihi arridere. Attentionem hic nostram meretur, et pro lectione, quam offero, militat, quod Oppianus *Halieut.* II. V. 207. βεβρωσις pro Adjectivo usurpatum addit voci γαςηρ, ejusdem fere, cujus σομαχος, significatus;

Αυτταν αἰει βεβρωσιν ἀναιδει γαςερι φυλασσει.

In eod. *Hymno*, versu 108., μεγαλαν ὑπελυσαν ἁμαξαν, hic ὑπελυσαν mutandum puto in ὑπελυσεν, ut referatur ad Erysichthona, ut sequens ἐφαγεν, quod τῳ ὑπελυσεν sic commodissime per vocem και annectitur.

Non possum non his subjungere (quia hic Cereris est mentio) leviculam animadversionem meam in HOMERIDAE *Hymni in Cererem versum* 211.

Δεξαμενη δ' ὁσιης ἑνεκεν πολυποτνια Δηω.

Ubi Vossius malebat legere ὁσιης ἐπεβη *sacro honore frui coepit*, quod librarii in notius ὁσιης ἑνεκεν *dicis causa* mutaverint. Mihi secus videtur: quia Ceres hic dici nequit divinum honorem sortita esse; utpote quam paulo post Metanira alloquitur, χαιρε γυναι &c. ignara se ad Deam loqui. Ergo potius in fine versus praecedentis 210. punctum delere velim (inprimis quia displicent abruptae sententiae trium versuum continuorum 210, 211. et 212. puncto notatorum) atque ita legere,

ὡς ἐκέλευσε
Δεξαμενη ὁσιης ἑνεκεν &c.

Dedit, scilicet, Metanira annum Deae, ut jusserat eum dicis causa accipiens veneranda Ceres. *Dicis causa*, quia revera non sitiebat, neque esuriebat; sed haec omnia faciebat, ne quid scenae deësset. Nunc pergimus ad *Epigrammata*

In Ep. I. Ed. Brunk. XXX. Ed. Spanh. versu II. τις quasi pro Articulo ἡ positum excusare annititur Ernestius; sed, quae adfert ex Sophoclis Scholiaste et aliunde, vereor ut satis firma sint. Quidni ὅτις legimus prima syllaba per elisionem literae σ elisa, ut in Homerico,

ὡς ἀπολοιτο και ἀλλος ὅτις &c.

In Ep. XI. Brunk XXXIII. Ernest. versu 9. κεχρημενος a Bentleio rectissime mutatum est in κεχαρημενος: sed, ut mihi videtur, male interpunxit: nec enim laetatur venator nive et pruina, sed persequendo. Ego ita scripserim

και πασης ἰχνια δορκαλιδος
στιβῃ και νιφετῳ, κεχαρημενος &c.

pro ἐν στιβῃ και νιφετῳ. Sic Horatius, forte ad hoc ipsum Epigramma alludens,

leporem venator ut alta
In nive sectatur &c.

Ita quoque in versu primo hujus Epigrammatis ἐν ὄρεσι.

Epigr. XLIV. Brunk. LXV. E. Versu 3. ἤρατο καὶ κένταυρον &c. Quomodocumque duo priores versus hujus Epigrammatis constituantur, hoc mihi videtur liquidum, ἤρατο in versu tertio nullum sensum idoneum fundere. Nam duobus prioribus versibus manifesta interrogatio fit ad aliquem vino confectum et mortuum. Quid ad hanc quaestionem hoc ἤρατο? Mihi perquam est verisimile, hoc in εἴρεο mutandum esse: ut secundo disticho ille vino lethatus inducatur respondens; *si scire desideras, qua morte domitus sim; illud etiam ex Centauro quaere: mihi fato destinatus somnus* (ferreus) *venit; sed meae mortis, ut et mortis Centaurorum, titulum habet vinum.* Notissima scilicet illa Centaurea cum Lapithis super mero debellata rixa.

Sed jam huic Chio Falerni notam admisceamus, transeuntes a Graeco ad Romanum Callimachum, PROPERTIUM.

L. II. Eleg. XVII. versu 18. *Experta in primo stulta* &c. Nolim cum Burmanno hoc *stulta* mutare. Nonne ita explicari possit? Cognita stulta esse in primo amatore tuo jam poteris cavere: ne in te dici possit, quod in proverbio est, *asinus ad lapidem* &c. ita *expertus* passive ponitur, L. III. Eleg. II. vs. 7., et ab aliis centies.

Vs. 22. *Haud unquam est culta* &c. Ego qui-

quidem hoc *culta* retinere malim, ſenſu, quo Paſſeratius explicuit. Longe elegantius dictum eſt *colere Venerem*, quam quidvis ab aliis huic ſubſtitutum. Sic in diſticho ſequenti *officium* quoque rem obſcoenam a pulchro puncto viſionis, ut ita loquar, repraeſentat nobis. Et nonne ſimiliter Ovidius cecinit in L. III. *Am. Eleg.* VII. vs. 24.?

Ter Libas OFFICIO *continuata meo eſt.*

Eleg. XXII. vs. 38. *Spiritus admiſſo notus adulterio.* Non intelligo, quomodo hic interpretes *ſpiritus* pro anhelitu accipere potuerint. Num ergo anhelitus in toto corpore exiſtere poterit? Ita femora, et crura, et plantae pedum anhelabunt ſcilicet. *Spiritus* hic mihi videtur denotare.

Eſte procul vittae tenues! ἑκὰς ἐϛε βέβηλοι!

odorem, vaporem, eumque natum — ſed non violabo te, pudor! quo ſenſu *ſpiritus* ab Horatio adhibetur, L. III. Od. XI. v. 19.

Spiritus teter ſanieſque manet.

et a Lucretio, ſed in bonam partem, L. III. vs. 223.

Spiritus unguenti ſuavis diffugit in auras.

Quod ſi ita eſt, pro *notus* cum aliis legendum

est *natus; in toto corpore* apud Veneris antistites videtur nescio quam obscoenam emphasin habere, ut hoc Ovidii

In toto nusquam corpore menda fuit.

L. III. Eleg. III. versu 6. *Adsuescent Latio Partha* &c.

Ego illud *adsuescent* nequeo hic aequis oculis adspicere; non, quia hoc verbum malo odio persequar, nam lubens restituo in Suetonio, Cap. 31. in Vita Tiberii, ubi hodie corrupte, ut puto, legitur *ut praesentes honori acquiescerent*, pro quo ego maluerim *honori adsuescerent;* ut idem in Vita Augusti Cap. 38. *quo celerius Reipublicae adsuescerent.* Sed quem commodum sensum hic apud Propertium habebit *tropaea adsuescent?* Tropaea saepe trunci arborum, ad quos spolia appendebantur, imo aliquando turres erant, ut ex Floro discimus. Mihi admodum verisimile videtur Nostrum, ut saepe alibi, hic quoque imitatum esse illud Virgilii ex Aeneide IV. *non coeptae adsurgunt turres* &c. atque adeo dixisse:

Adsurgent Latio Partha tropaea Jovi.

Eleg. V. vs. 22. *Non habet unda Deos.* Hic Burmannus *habet* in *pavet* mutare vult, quia antecesserat *dii maris Aegaei!* Sed, an haec ratio satis solida sit, valde dubito; quia Paetus falsa, ut indignanti Poëtae videbatur, religione ductus invocaverat Deos, a quibus nul-

nullum misero auxilium veniebat, Paetum increpat Propertius noster dicens, stultas et inutiles illas preces esse, quia sollicitaretur *nullos esse putare Deos*, ut cecinit in epicedio Ovidius.

Eleg. XX. vs. 26. *Aut hortis, dux Epicure, tuis*. Hic olim *docte* in omnibus scriptis et excusis libris legebatur. Mihi neutrum placet, qui malo *laete Epicure*: ita titulo suo characteristico, ut ita loquar, Epicurus optime insigniretur. Sic Juvenalis in Satyra 13.

Aut Epicurum
Suspicit exigui laetum plantaribus horti.

similiter Juvenalis Propertium imitari videtur in Satyra II. in fine

Esse aliquid manes et subterranea Regna.

Confer initium Eleg. VII. Libri IV. In hac Elegia *studiis*, quod nonnulli in versu 25. habent, non placet doctissimo Hutschkio, *Ep. Crit. pag.* 63., ubi negat *Platonem* dici posse pro *Philosophia Platonica*. Sed nonne Horatius hoc sensu dixit in L. II. *Sat.* IV.

Pythagoran, Anytique reum, doctumque Platona.

Eleg. XXI. vs. 13. *Qua rudis Argoa natat inter*. &c. Haec verba, ut nunc leguntur, nihil possunt significare. Sed si ita constituantur

Qua

Qua ducente Argo natat inter ſaxa columba
In faciem prora pinus adacta novae.

nihil clarius. *Columba ducente Argo*, id eſt, duce Argus, ut verſu 39. Eleg. XX. L. II. dixerat.

Quum rudis Argus
Dux erat ignoto miſſa columba mari.

Ex quo loco etiam *rudis* haud difficulter in hunc verſum, cui forte a librario in margine adſcriberetur, migrare potuit. Juvat autem ſuſpicionem meam, quod, ut Burmannus docet, quintus Vaticanus codex *Argo duce* habeat: quod ſimiliter pro interpretatione vocum *ducente Argo* irrepere potuit.

L. IV. Eleg. V. *verſu* 5. *Veneri mollire* &c. Ego malim *Phaedrae mollire* &c. Ratio cuivis nota.

Verſu 11. 12.

Quippe et Collinas ad foſſam moverit herbas;
Stantia currenti diluerentur aqua.

Hic nihil mihi verius videtur eſſe quam pro *herbas* legendum *umbras*, ut conjecit Heinſius; quocum tamen *moverit* in *civerit* mutare non arbitror neceſſarium eſſe, niſi forte legendum ſit *admoverit*, id eſt, arceſſiverit: et tunc Subjunctivus in his duobus verſibus ſignificatu, ut Grammatici dicunt, Potentiali accipiendus. *Ad foſſam* προς βοθρον, ut apud Homerum Ulyſſes animas ad cruorem allicit; et ejusdem operae ſedula Cani-

dia

dia eſt apud Horatium L. I. *Sat.* VIII. Prope portam Collinam campus ſceleratus erat, in quo inceſtae Veſtales virgines vivæ in terra defodiebantur: quam ob cauſam hic locus magis poterat idoneus videri ad νεκρομαντειαν Ita quoque ad Esquilinam portam Canidia exercebat artem. Ceterum *ſtantia* cum Beroaldo interpretor *terra ſolida;* et huc facit aliquatenus, quod Ovidius in Faſtis dixit,

Stat vi terra ſua, vi ſtando Veſta vocatur.

Et eo pronior ſim ad hanc vocem hoc ſenſu accipiendam, quia Ovidius hanc Propertii Elegiam imitans his verbis utitur:

Evocat antiquos proavos atavosque ſepulcris,
Et ſolidam longo carmine findit humum.

In quo *proavos atavosque* inprimis facit ad lectionem *umbras* in Propertio tuendam; et ſi quis *findit* in *fundit* mutaverit, et *fundit* eo ſenſu accipiat, quo Celſus τῷ *comprimere* opponit, et quo metalla dicuntur *fundi*, ita ut ſignificet *facere ut fluat;* non ovum ſit ovo ſimilius, quam hoc diſtichon Ovidii ſit illi Propertiano.

Verſu 24.

Sectaque ab Attalicis putria ſigna toris

Quid hoc? Ego nunquam ſcivi vocem *putria* lau-

laudantis et admirantis esse. Longe alio occurrit sensu versu 67 hujus Elegiae

Atque animam in tegetes putrem exspirare paternas.

Passeratius hic quidem *putria* explicat per *vetustissima*, ut Pacuvius dixit, *putet annis et aetate corpus:* sed neque illic *putet* ad laudem facit. Deinde quidnam hoc *sectaque?* Num ergo a toris absecti, abrupti, panni tantum sui desiderium moveant? Credat Judaeus apella; non ego, qui, leni mutatione facta, ita legere maluerim,

Pictaque in Attalicis patria signa toris.

Pictaque, id est, acu picta. Et quam facile *pictaque* in *sectaque* abire potuit, quum in literis initialibus ita crebro peccari novimus? Pro *putria patria* ponere nemo urere secare dixerit. Quod vero *in* in *ab* mutatum sit, nemo facile demirabitur, quem non latuerit, quantum sibi librarii in locis corruptis, quos ob hoc ipsum non intelligerent, indulserint. Vid. magnus Schraderus *Emend pag.* 20.

Hac vero admissa mutatione omnia erunt satis perspicua. *Signa* rerum et quoque hominum, quales illa profert regio; ut hodie apud nos in carbasis et tapetibus, ex India vel Turcia advectis, hujusmodi, quae illis in locis sunt patria, vulgo signa deprehendimus. At si cui mutatio particulae *ab* in *in* non ad palatum sit, ille antiquae scripturae ad-

adhaerens arctius, me quoque haud nimium refragante, legat

Pictaque acu Attalicis patria signa toris.

In quo duplex elisio post pedem primum quidem satis dura est; non unquam inficiabor. Sed quis contendet Propertii carmina semper numero mollissimo fluere? Imo nonne in paulo post sequente versu 33. simile quid deprehendimus?

Denique ubi amplexu Venerem promiseris empto.

Eleg. VI. vs. 21.

Altera classis erat tenero damnata Quirino.

Altera hic procul ullo dubio classem Antonii et Cleopatrae; sed quid de *tenero* an *Teucro* &c. dicendum erit? Neque hoc, neque illud mihi probum videtur, qui hic legere malim,

Altera classis erat supero damnata Quirino,

Supero, id est Romulo, qui dudum lucidas deorum sedes adiverat. Sic Catullus Ep. LVI. 5. *Te in templa superi Jovis* &c. Sic de hoc ipso Romulo Virgilius in Aeneide VI. 781.

Et pater ipse suo superum jam signat honore.

Qui

Qui locus Virgilii Propertio facem praeferre potuit ad hic Romulum dicendum *Quirinum Superum.*

Verſibus 79. et 80.

Hic referat ſero confesſum foedere Parthum:
Reddat ſigna Remi, mox dabit ipſe ſua.

Quaecumque hic emendationes aut variantes lectiones ſunt, non ulla aptum ſenſum fundit, qui tamen facillime huic loco conciliatur, ſi ita interpretamur; alius memoret Sicambros ſervire, alius canat Meroën, alius ſive

Hic referat; (dicat) „ *ſero confesſus foedere Parthus*
„ *Reddet ſigna Remi: mox dabit ipſe ſua.*

haec omnia usque ad verſum 85. aliquis directa oratione narrare et canere fingitur, vel jubetur a Poëta noſtro *Parthus confesſus*, id eſt veniam delicti orans (ut Statius Thebaide IX.

Poſuique trementem
Ante tuos confesſa pedes.)

prius reddet ſigna erepta Romanis, mox ſua ſigna daturus eſt.

Eleg. VII. vs. 29.

Si piguit portas ultra procedere, at illud

Omnes fere codices pro *illud* habent *illuc*, quod

quod rectissime defendit Burmannus, sed male interpretatur per *ultra portas*: nam, me quidem judice, hic *ad portas* significat; ut Propertius nempe tanto diutius suae Cynthiae funus sequeretur, quem pigebat ultra portas procedere.

Eleg. XI. vs. 70.

Solvitur, aucturis tot mea fata malis.

Diversissimae hujus loci lectiones sunt, quas cunctas optime refellit Clar. Santenius, qui et ipsa novam de suo adfert;

Mihi cymba volenti
Solvit, vecturis tot mea fata vadis.

Sed (quod cum venia viri elegantis dixerim) ego neque huic quidem possum acquiescere. Cornelia non luget, et deplorat mala, quae passa est; sed potius commoda recenset illa, quibus ipsam Dii, in vita dum esset, beaverant. Nonne ergo praestabit legere?

Mihi cymba volenti
Solvit, victuris post mea fata meis.

Quibus ante adprecata erat, ut *serie fulcirent domum*; quo sensu Lepidum et Paulum versu 63. dixit *suum post fata levamen*; quo tunc quoque referendum erit, quod habemus versu 97.

Et bene habet, mater nunquam lugubria sumsi.

Quem, quem Propertio nunc dabimus comitem? Nullus aptior in mentem venit, quam est TIBULLUS. Ergo accipe paucula, quae in hoc observavi.

L. I. Eleg. I. vs. 5.

Me mea paupertas vitae traducat inerti,

Duriuscula, ut eruditi observant, haec phrasis est, *paupertas traducat me vitae inerti;* audacissima saltem esset hypallage. Quid? si legamus

Mi mea paupertas vitam traducat inertem,

id est, ego pauper, nec tot divitiis cumulatus traducam vitam inertem. Alibi similiter aliquando Noster Abstractis, ut dicunt, terminis pro Concretis utitur: E. G. L. III. Eleg. II. 13.

Sed veniat carae matris comitata dolore.

Eleg. III. vs. 25. et 26.

Pureque lavari
Te (memini,) et puro secubuisse loco.

Rectissime hoc *memini* importunum vocat Heynius, qui *membra* legendum conjicit. Sed neque hoc elegantiae Tibullianae est. Notum est, quis olim *membrosus* diceretur, et qua ambiguitate apud A. Gellium laborare videatur hoc Virgilianum

Pla-

Placidumque petivit
Conjugis infusus gremio per membra soporem.

Ego *memini* in *mane* mutandum censeo: nam mane imprimis lavabantur homines religiosi. Quod in una *Sat.* II. L. II. Horatii bis videre est;

Libertinus erat, qui circum compita siccus
Lautis mane senex manibus currebat,

et, octo interjectis versibus,

Mane, die, quo tu indicis jejunia, nudus
In Tyberi stabit.

Eleg. IV. vs. 28.

Qui prior Eleo est carcere missus equus!

Hic alii legunt *prius*, alii *acrior*, alii *victor ab*, alii suppositititum totum versum dicunt, alii explicant *prior* per *praestantissimus*. Sed si vocem *prior* suo proprio sensu accipiamus, *equus*, *qui prior est*, id est, alios cursu praevertiuur; an tunc ulla quidem opus est emendatione? Fateor; magis esset perspicua Poëtae dictio, *si fuit* pro *est* legeretur. Sed quare *qui prior est* in illo sensu, quem his verbis tribuo, obstaret magis, quam quod mox sequitur *jam juvenem*? Nonne hoc eadem laborat (ah! vereor verbum gravius de Tibullo dicere) sermonis obscuritate?

Eleg. IX. vs. 39.

Non lapis hanc gemmaeque juvent, quae frigore sola

Clar. Heynius hic praeter alia sententiarum nexum desiderat. Et nihil certius. Sed si hunc proxime praecedentes quatuor versus, nescio ex qua viarum regione, huc per errorem allapsos esse, existimamus, atque ita legimus

Quam lapides gemmaeque juvent, haec frigore sola
Dormiat; et nulli sit cupienda viro.

atque tunc respicitur ad praecedentem versum 29., nihil erit amplius, quod alicui valde obstare possit. Vulgo autem ubique *juvant* legitur.

L. II. Eleg. IV. vs. 5.

Et seu quid merui, seu quid peccavimus, urit;

Praecipuum suae decus Germaniae, atque optime de nostro meritus Tibullo, Clar. Heynius huic loco difficili succerrere vult emendando, sed nec ipse suae nimium conjecturae tribuit. Ego pro *merui* malim *meruit* legere, et ita explicare; *sive mea domina quid meruit*, id est, deliquit, *sive ego peccavi*, *uror*. *Uror* vero olim hic quoque lectum esse, monemur ab Heynio. Ita fere *urit* geminatur a Nostro in Eleg. II. L. IV. 10. et 11. Notum est, quomodo suas puellas vel in mediis peccatis amantes amare soleant, ita ut fa-

fateri aliquando cogantur hanc suam miseram impotentiam animi, dicendo

Non possum tecum vivere, nec sine te.

qui autem legerit versum 56. Eleg. VI. L. III.

Perfida, sed quamvis perfida, cara tamen.

is neque Tibullum hujus fuisse immunem infirmitatis dicet.

L. III. Eleg. III. vs. 19.

Et quae praeterea populus miratur, in illis
Invidia est;

Aliter hic legit Clar. Heynius, hoc solo ductus, quod dictionem *in illis invidia est* parum Latinam putat. Sed (quod pace viri magni dixerim,) nonne infra Eleg. VI. 49. similiter fere Noster dixit *nulla fides inerit*? Imo nonne Plinius in Paneg. cap. LXXXVIII. prope hac ipsa phrasi Tibulli utitur? *cui plus invidiae, quam pulchritudinis inest.*

Sed jam iterum ex Italia in Graeciam trajiciamus, imo audaces per vastum mare curramus cum Argonautarum laudatoribus ORPHEO et APOLLONIO RHODIO; quibus tandem subjungatur VALERIUS FLACCUS. Sed initium faciemus ab illo, qui se nomine antiquissimum videri voluit, ab ORPHEO. *Argonaut Vs.* 43.

Ἠδ' ὅσον Αἰγυπτίων ἱερὸν λόχον ἐξελόχευσα,

Duo codices manuſcripti, quos literarum humaniorum praeſidium et decus ille David Ruhnkenius hic ad partes vocat, pro λοχον habent λογον; quam lectionem ſibi dicit vir maximus veriſimilem videri propter illa, quae leguntur verſu 100. ubi θεσφατα idem quod hic λογον ſignificet: et mihi quidem ἀναφαινειν, quod illic occurrit, idem ſignificare videtur, quod hic ἐκλοχευειν. Quid? ſi praeterea hujus verſus 43. initium ita leniter refingerem ἠδε σοι &c. *Et tibi Aegyptiorum* &c. Dicat fortasſe aliquis; cui bono ita placet diruere, aedificare? quia non fero Thraſonis jactantia ſe praeter veriſimile magnifice efferentem Orphea, quod haec omnia non ab Aegyptiis acceperit, ſed primus ipſe illos docuerit; dum e contrario nullus ſcriptor antiquus hujusmodi quid unquam eſt auſus ſcribere, et diſerte teſtatur Diodorus Siculus, Aethiopes fuisſe primos, apud quos Deorum cultus, ſplendida ſacrificia, &c. locum obtinuerint. Sed num his vocibus ſic immutatis explicitisque alia, et hiſtoriae an fabulæ propior, emerget ſententia? Mea ſaltem haec eſt opinio. *Et ego tibi enixus ſum, in dias luminis auras protuli, manifeſtavi* ἱερον λογον ſive θεολογιας *Aegyptiorum.* Simili autem ſenſu ἐξελοχευσα apud Noſtrum occurrit infra verſu 251.

Και δε απο στηθεων όπα λειριον ἐξελοχευσα.

Et verſus 100. ita lubens interpreter; *quibus* (laboribus) vel ſi mecum pro ἀν legatur

tur ὡς, *ut veni in terram immensam et urbes in Aegypto et Libya*, (sitas) commate posito post Λιβυῃ τε, mortalibus θεσφατα, rerum divinarum scientiam, (quam illic accepi) pandens. Quid? Nonne, nisi ita interpretemur, ipse sibi contradiceret Orpheus? qui versu 44. ita loquitur

Μεμφιν ες ηγαθεην πελασας, ιερας τε ποληας Απιδος.

videatur quoque versus 32. Si jam θρησκων, et ιερα χυτλα Οσιριδος Aegyptii haberent; si denique ιερας πολιας Απιδος, quum eos viseret Orpheus; qui, quaeso, dici potest primus illos religione imbuisse Orpheus? Quod si haec omnia se bene habeant; me non nolente, initialis vox versus 46. παντα in ταυτα mutaretur: quanquam sic quoque παντα tolerari potest.

Vs. 49. Α πριν εκευθον. Quam huic loco affecto medicinam facit Clar. Gesnerus, fateor, tolerari potest. Sed mihi ἁ προσθεν ἐκευθον magis arrideret: ita Noster supra Versu 8. προσθεν ἐφρασα.

Vs. 57. Δολιχ τριβον. Quid? si τρεπων δολον hic legeremus; quod tunc, verbum verbo fere reddens, Virgilius imitatus videri possit, quum in Aeneid. I. 661. ita cecinit;

At Cytherea novas artes, nova pectore versat Consilia.

Vs. 84. &c.

Nescio cur in hoc et sequenti versu ab optima, ut saltem mihi videtur, Eschenbachii versione abierit Clar. Gesnerus. Haec omnia in Indicativo, ut dicitur, proponuntur; res optabilis est Heroibus &c., et tandem versu 93. sequitur petitio. Conferantur cum his, quae dat Virgilius in Aeneide I. a versu 68. ad 74. Non possum praeterea non meam dubitationem proponere; an quidem tam necessaria sit, sive Eschenbachii, sive Gesneri, in versu 92. facta, emendatio: quia haec praecedentibus, omisso φασι, vel simili ratione aliqua, antiquis scriptoribus haud inusitata, facillime annecti possunt.

Vs. 118. Ημος ὁτε &c. Num bona cum venia tua, lector candide, hic licet τημος pro ἡμος legere? Nam quid frequentius, quam literas versuum initiales extinctas esse? Atque e contrario malim infra in versibus 364. et 1244. pro τημος ἡμος legere. Nam quem sensum illic τημος habebit? Et nonne manifesta imitatio est hujus Homerici.

Ημος δ' ηριγενεια φανη ῥοδοδακτυλος Ηως.

Vs. 168. Ηνειος Καινηος αφικετο &c. Nullus profecto Eneus, nedum Eneus Caenei filius, Argonautis usquam annumeratur. Nonne ergo hinc solida nascatur suspicio, hunc locum corruptum esse? Ita saltem judicavit ille, qui mihi instar omnium est, Clar. Ruhnkenius, et in *Ep. Crit.* tentavit mutationem, cui tamen ipse non multum tribuit. Quo para-

paratior mihi venia erit, si ego hic quoque meas vires experiar; qui non alienus sim a lectione Συν δ' υἱος Καινηος &c. ut versu 178. συν δ' ἤλυθεν Ιδας, et versu 224. υἱος vero Καινηος erat Κορωνος, ab Apollonio L. I. 58. Καινειδης dictus. Verum quidem est Κορωνον ab Orpheo jam memoratum esse versu 136. Sed noster auctor hic potest videri per occasionem ejus patrui Polyphemi eundem in scenam voluisse reducere, ut ita Caenei possit fabulam inserere: qui quidem Caeneus num Argonautis accensendus sit, valde dubium esse, videre licet in laboriosissimo Burmanni Catalogo Argonautarum. Vel si quis diceret, memoria hic lapsum Orphea hic denuo commemorasse Heroa supra jam memoratum; illi ego non valde adverser: praesertim, quia a simili suspicione, quanquam alio de loco, non prorsus alienus est P. Burmannus in voce *Actorides*, versum 136. et 190. hujus nostri Orphei inter sese conferens. Vid. Catalogus.

Vs. 455. Ενι ῥ' αλλα &c. mihi perplaceret, si hic pro ἐνι ἐπει legeretur, illo scilicet significatu, qui, ut eruditi observant, auctori nostro est unice proprius. Suavissime tunc luderet in voce ἐπει, ἐπει καθιζανον ἐπει ἐτυπτον, postquam consederant, deinde verberabant. Haec lectio eo magis arridet, quia verbum ἐνιτυπτω est nusquam obvium.

Vs. 735.

Βαλλον ἐπ' αἰγιαλον δινας ἁλιμυρεας ἰλυον.

Wesselingio nec non Geshero, ut in notis videre est, obstiterunt haec duo conjuncta participia; quare ille mutationem instituit, cui hic adsensus est. Ego, ut suum cuique carum est, hanc lectionem praetulerim.

βαλλον ἐπ' αἰγιαλον δινης ἀλιμυρηεος ἁλμην.

Αλμην de fluminis defluxu, et fluctibus navis, usurpari, docent nos Lexicographi. Mihi placet Val. Flaccus, dum L. V. 22. ita hunc versum Orphei imitatur.

Saevaque Thermodon medio sale murmura volvens.

Vs. 750.

Μυχατοις ἐπεπλωομεν ὁρμοις

Si hic legere liceret, μυχατοις παρεπλωομεν ὁρμοις; satis commodus sensus foret, et sat idonea ratio sequentium Quartorum Casuum Λωτομεν τε λειαν &c.

Vs. 842. &c.

Ει μεν δη Κολχοισιν ὁμηφατεεσσιν ἰοντα
Μαρναμενοις &c.

Si ab hoc versu 842. ad 849. hic illic levicula mutatio fieret, multo magis perspicua evaderet oratio. Ac primo quidem, quantumvis excusabile sit μενος ἀνδρας, ego tamen, si in me situm esset, lectionem aliorum codicum μενος ανδρων non respuerem: secundo

ἰλ-

ἐλθοιτ' acciperem pro imperativo et duobus punctis vel minori puncto a sequentibus distinguerem: tertio ἐσσετ' ἐς ὑμιν vel retinerem, vel cum Gesnero in ἐσσεται ὑμιν *licebit vobis, vobis copia dabitur*, mutarem, et tunc, commate post ὑμιν deleto, sequens ἀειρομενους abiret in ἀειρομενοις, et paulo post ante παξαι iterum superius ἐσσεται ὑμιν, vel ἐσσετ' ἐν ὑμιν, subintelligerem. Tandem versum 849. sic refingerem

Κρινατ' ἢ τιν' ἀριστον, ἢ ὅς βασιλευτερος ἐστιν.

κρινατ' eligite.

Vs. 889. 890.

Ῥαστα περι φρεσι δ' ἠσι δοκευομεν, ὐδε τις ἡμων
Εγνω μοχθον ἀελπτον· ἐφεσπετο γαρ μεγα ἐργον

Quid si pro ῥαστα hic ταυτα legeremus? Nec enim exputare possum, quae tanta deliberatio Minyarum animos occupare potuerit, quomodo illis vorago malorum se ostendere potuerit; si hanc totam rem crederent Medeae facillimam fore. Praeterea ille prior versus sic explicandus, *et omnia mente nostra observabamus*, ut in simili argumento Virgilius dixit in Aeneid. VI. vs. 185.

Atque haec ipse suo tristi dum corde volutat.

Ησι vero apud nostrum Poetam quoque primam personam indicare posse, nemo est qui ignoret. Vid. E. G. infra vs. 938. Deinde ver-

versu 890. pro ἐφωπτετο malim ἐφαπτετο secundum illud Homericum Τρωεσσι δε κηδε' εφηπται. Mihi hoc quidem videtur significantius, superne magna mole operis, quod adhuc perficiendum, pressi urgebantur Minyae, inferne vero barathrum, in quod praecipites ruerent, illorum oculis se ostendebat.

Vs. 1032. Κελσεν ὑπερ νηεσσιν, Si in praecedenti versu δε post θεινομενος delendum, ut recte Gesnerus sentit; hic quoque κελσεν mutandum in κελσε τ'.

Vs. 1163. 1164.

> Νυν γαρ δη λυγρης τε και ἀργεννης κακοτητος
> Ἴξομαι, εἰ νηεσσιν ἐρινυσιν ἀσσον ἱκωμαι.

Quantumvis ingeniosa et docta hic sit Clar. Gesneri emendatio; ego tamen paulo aliter hic malim legere, in primo versu νυν retineo, et pro ἴξομαι in versu secundo scribo ἕξομαι, cetera, ut emendavit Gesnerus, ambabus amplector ulnis. Primo, ita arctius adhaeremus codicibus, quod utique omni ope semper est observandum; secundo non video, quo pacto hoc γαρ in lectione Gesneriana praecedentibus respondere possit; *aerumna aerumnam trudit propter scelus Regum, nam ego ulciscar illos* &c. Quomodo haec, sodes, congruunt? sin meam lectionem sequemur, *aerumna aerumnam trudit propter scelus Regum, nunc enim funesta et tristi calamitate tenebor* sive *premar* &c. Quanto magis perspicue orietur sententia? Et quanquam haec quam dedi, verbi ἔχεσθαι constructio haudquaquam insolens est,

ut

ut omnes norunt; si quis tamen Orphea Ὁμηρικώτερον fuisse putet, ille ita legat

> Λυγρῇ τε καὶ ἀλγεινῇ κακότητι
> Ἕξομαι

ut Homerus in Odyss. Θ. dixit κακότητι καὶ ἄλγεσιν ἔχεσθαι.

Quid? furibunda Dido se sibi factam injuriam ulcisci putet, quando ita loquitur in Aeneide IV.

> *Natumque patremque*
> *Cum genere extinxem*, MEMET SUPER IPSA DEDISSEM.

Sed num Argo, num Divina Argo, se scelus Regum punire, crederet, si una cum tot maleficis in medio oceano perderetur? Atqui num Regibus pereuntibus Argo, se sacrosanctam fore, sperare poterat?

Vs. 1222.

> χλωρὸν γὰρ ὑπὸ στέρνοις ἀνάχυτο

Hoc χλωρὸν mihi aliquando obstitit: sed recordans hujus dicti a Persio *intus palleat infelix*, sanum esse arbitror.

Vs. 1229.

> Εἰ ἐν ἀναγνιστοῖσιν ἀλιτροσύναις ὀλέοντες,

Quam commodum haec sensum dabunt? si ita leniter refinxeris,

ὡς ἐν ἀναγνίστοισιν ἀλιτραίνουσιν ἀκέοντας,

ſic in nondum expiatis ſceleribus tacitos. Apollonius Rhod. de Medea fere idem teſtatur L. IV. verſu 736.

φονον δ' ἀλλοιοιο ἐνισπειν
Αψυρτου.

Vs. 1331.

Δη τοτε Μηδειη θαλαμων πορσυνετο λεκτρον.

Ego hic malim Μηδειῃ in tertio caſu, et πορσυνετο pasſive accipere. Hoc ſenſu Homerus πορσυνειν λεχος dixit, inprimis quia in ſequentibus omnia ab aliis, non a Medea, fiunt; ut pudori virgineo, quantum res et tempus ferat, Poëta conſulat. Notum eſt, quid puella amatori dicat in Theocriti Ecloga, cui nomen Οαριςυς,

Τευχεις μοι θαλαμους, τευχεις μοι δωμα, και αὐλας.

Lithica VII. 10.

Ενιδε πλειους λεβητες
Ψυχρον ἐπειγομενοιο προσμιμνει ἐνδοθεν ὑδωρ.

Quae hic Clar. Geſnerus dicit de ἐνιδε tanquam imperativo verbi ἐνειδω, pro quo alii dixerint ἐνιδε, vel per apocopen ἐνι, mihi minus placent, ἐνιδε ſic nusquam pro ἐνειδε uſurpatum invenias. Quid ergo ſubſtituemus?

Mi-

Mihi adhuc nihil aptius voce ὕδος visum est, quam imperitos librarios tam facile depravasse verisimile sit, utpote in Argonauticis duntaxat semel, et ab aliis rarissime, adhibitam inprimis in obliquis casibus. Sed quid sequenti non tolerando undecimo versui faciemus? Omnia erunt satis liquida, si hunc ita leni mutatione refinxeris

Ψυχρον, ἐπειγομενοιο πυρος, μενει ἐνδοθεν ὑδωρ

XI. 72.

Εν μεν δη βοτανας ἠρι λυγρων τε και ἐσθλων

si ἠρι hic foret integrum, ego tamen reliqua hujus versus velim aliter legere, et quidem vel ita

Εν μεν γαρ βοτανην ἠρι λυγρας τε και ἐσθλας

ut ματαιοι των ἀνθρωπων, et non ἀνθρωπους των ματαιων, dici, lippis et tonsoribus notum est; vel

Εν μεν γαρ βοτανας ἠρι λυγρας τε και ἐσθλας

sed neutrum mihi vere placet. Ulcus latet in voce ἠρι, pro qua si εἰδη, et pro βοτανας βοτανας, legeris, nullus versus clarior. Unusquisque, me non monente, videt, quam facile hic alterum pro altero errore scribentium irrepere potuerit. Hoc sensu εἰδος supra apud Nostrum occurrit in OPALKIO, ver-

versu 14., in CORALIO, versu 6., et in hoc ipso LAPIDE, de quo nunc agimus, versu 64. hoc eodem sensu invenitur γενος. Quod si hanc meam lectionem sequimur, quam pulchra sit oppositio? ἐν μεν δη βοτανais &c. ἐνδε λιθοις &c. quod mox sequitur.

Vs. 94.

Και ειδει καρτος αρειων.

Quid hoc? quam importuna haec tautologia? Mihi nullum dubium est, quin hic legendum sit

Και καρτος ἠ ειδος ἀρειων,

sic Menalippus, qui paulo ante jam dictus erat φερτατος ἀνδρων, ειδος ἀμωμητος, και καρτος ἠ ειδος ἀρειων, *quamvis specie excellens, tamen robore quam spetie praestantior*, delectatus Euphorbo περι καλλει αἰχμητη, ostendit verissimum esse, quod Homerus cecinit;

ὡς αἰει τον ὁμοιον ἀγει θεος ὡς τον ὁμοιον

Vs. 97.

Ενθεν Ευφορβοιο φερειν Ικεταονιδς υἱος.

Hoc φερειν hic mihi quidem nimis displicet. Quid? si μενειν legamus, quo sensu hoc supra versu 80., et infra in ultimo versu hujus carminis, obvium.

XV. 13. &c.

ὑπο-

ὑποφλοισβοιο θαλασσης

Quidni hic Poeta, more solito locutus, πο-λυφλοισβοιο dederit? Et quidni in sequenti versu 14. pro ἀπόπτυσοι, ἀκοπτυοι scriberem? Sic quoque in versu 50. pro θαλασσης maluerim θαλασσῃ scribi.

XVII. 6.

Ουτις γαρ προτερων πολυφερτερός

Hunc versum legens ego prorsus experior, me Davum, non Oedipodem esse. Nam quid hoc? *Nullus inter priores est multo melior.* Quod si priorum, quos memoravit, lapidum ullus melior, nedum multo melior esset hoc Achate, ego illum meliorem tamen semper prae hoc Achate commendandum existimarem. Ne te morer diutius, benevole lector, lege conjecturam meam, et creta vel carbone nota,

Ουτος (Αχατης) γαρ πυρετων πολυφερτερος.

Omnibus febribus praestantior est, domat omnes febres. Ut Graeci dicunt ἡσσων ἐρωτος, ἀργυρυ &c. et ut Xenophon eum, qui ventri imperat, κρειττονα γαστερος vocavit.

XVIII. 38. Κυδος Αθηναιη περσεπτολις. Ego hic ἐρυσιπτολις praetulerim. Fateor bellicosam Minervam interdum jure ac merito περσεπτολιν dici: illa E. G. adjutrix fuit in

equo ligneo, quo Troja capta, condendo; Ilion non magis Junoni quam castae Minerva damnatum erat secundum Horatium; Pallas, ut Ovidius auctor est, *Teucris iniqua fuit.* Sed dubito, num, sine ullo ad urbem Trojam respectu, Pallas tam commode περσεπτολις quam ἐρυσιπτολις vocari possit. Illa sic enim potius κληδουχος, πολιουχος &c. dicebatur.

Vs. 77. Η δε μεθυ βρομιοιο Num forte? Ενθε μεθυ &c. ut in duobus sequentibus versibus.

Vs. 91.

Δαινυσθαι τοτ' ἐπειτα κορεννυσθαι τε μεμαωτας.

Mirum, quod editores, qui non ignorabant, ἐπει a Nostro haud raro pro ἐπειτα poni, hunc prave distortum versum suae pristinae formae non reddiderint, scribendo

Δαινυσθαι τοτ', ἐπει τε κορεννυσθαι μεμαωτας.

Nunc transeo ad alterum, de quo me promiseram non nihil dicturum esse, ad APOLLONIUM RHODIUM. Sed exporrige, quaeso, frontem benevole Lector! Hic auctor nos tamdiu nos detinebit, quam in Orpheo morati sumus. Paucula duntaxat monebimus.

L. I. 210.

Τοδι γαρ μιν ἰεις ὑπεδεκτο δομοισιν

Non-

Nonne hoc τόθι in τότε mutabimus? quia praecessit παροιθεν, et non locus, sed tempus significatur. Loco autem significando idoneum esse τόθι, ut paulo post versu 216. ὅθι sumitur, recte observavit Scholiastes ad sequentem versum 242., ubi ego itaque importunum τόθι lubens exterminaverim, eique, si quis antiquae scripturae adhaerescere cuperet, τό τί quare significans E. G. in Pluto Aristophanis versu 1076. non nimis absurde substitueret, sed, quia hoc duriusculum et auribus minus gratum foret, ego τί δέ praetulerim.

L. II. 76. 77. 78.

Ατηρην δ' ἀιψα νοησας
Πυγμαχιην, ᾗ καρτος ἀαατος, ᾗ τε χερειων
Τῃ ῥ' ἀμοτον και χερσιν &c.

Quis tandem ex his verbis potest ullum tolerabilem sensum extundere? Sin ἀιψα in εἶξε mutaveris, et pro τῃ versu 78. στῆ legeris, ut codex Guelferbytanus, Piersono docente, habet; verba possunt dupliciter accipi, et utroque modo sunt satis perspicua. I. possunt significare; *evitavit vero prudens immitem pugilatum, quatenus* (Amycus) *erat robore inviolabilis, sed quatenus* (Amycus erat) *deterior, stetit nisu immotus eadem Pollux, et contra manus immiscuit manibus*: et si hic obstet alicui, quod εἶξε alibi cum tertio casu construitur; nonne ille hunc locum excusare videatur posse constructionibus εἶξε δαμῆναι, et ὑπόειξε δαμῆναι, quae versibus 1658. et 1676. Libri IV.

 oc-

occurrunt? Vel. II. quidni ἀπηνεα πυγμαχιην ad νοησας retulerimus? ita ut sensus sit, *sentiens vero immitem pugilatum esse* &c. Nonne tunc quoque omnia erunt satis liquida? Robur meae conjecturae conciliat, Nostrum ubique fere ducem sequens, Valerius Flaccus, qui hunc locum Apollonii, ut unicuique confestim apparet, in sua transtulit Argonautica, in Libro IV. versu 272. et sequentibus, quum ita loquitur,

Pollux sic providus ictus
Servat, et Oebalia dubium caput eripit arte.
Ut deinde urgentes effudit nubibus iras
Ardoremque viri, paulatim insurgere fesso
Integer, et summos manibus deducere cestus.

Vs. 233.

Και μιμνοντα κακη ἐν γαςερι θεσθαι.

Haec repetitio μιμνειν, και μιμνοντα mihi minus amoena videtur esse. Si μοδωντα *putrescentia* legeretur, melius procederet sententia, et aptissime responderet hic versus praecedenti 229.

Πνει τοτε μοδαλεον τε και ἀ τλητον μενος ὀδμης.

atque ita quoque Valerium Flaccum in suo Apollonio legisse mihi admodum verisimile sit, quando haec ejus verba L. IV. versu 456. et seqq. considero;

Spre-

Sprevere quod omnes
Pollueruntque manus, quodque unguibus excidit atris,
Has mihi fert in luce moras.

Quod in Scholio hic legitur δια το δεισθαι παντων τροφης meliorem sensum (opinor) daret, si παντων in παντως mutaretur, *quia prorsus cibi indigeo.*

Vs. 312.

Οσσα δ' ὀρωρε θεοις φιλον ὐκ ἐπικευθω.

Quomodo haec verba sunt construenda, vel quidnam significabunt? Ego Davus, non Oedipus sum; nisi quis ita velit mecum legere,

Οσσ' ἐρεειν δε θεοις φιλον, ὐκ ἐπικευσω.

L. III. 369. φη δ' ἐπαλαςησας· Ego hic lubentissimus φη in ςη mutatum viderim; et, quia hoc φη longius, quam Apollonii stilus fert, ab ipsa illa oratione, ad quam refertur, remotum est, et quia prope est ut existimem, Valerium Flaccum ita olim legisse, et, quae legerat, imitatum esse, quanquam loco alieno, ut saepe alibi. Nonne enim verbum verbo videtur reddere? quum dicit in Libro VII. versu 82.

Moesta stabat defixus in ira.

Fateor; plerumque praemittit Apollonius noster

ster sermocinationibus suis aliquid τῳ *locutus est* ἰσοδυνάμων. Sed haud raro subjungit quoque; praesertim si illis verbum aliquod, quo tecte significetur, aliquem esse aliquid locutum vel respondisse, praecesserit. Exemplo sit sermo, qui a versu 11. hujus Libri initium capit; ante illum haec verba leguntur.

πείραζε δ' Ἀθηναίην πάρος Ἥρη.

et versu 17. subjicitur, ὣς φάτο

Nonne simile quid hic quoque detegitur in ἀλαστήσας, et inprimis in ἱεμένοιο *vehementi affectu abrepti* significante? Ita ut hoc ipsum ἱεμένοιο non toto coelo distet a phrasi, qua hoc eodem in casu de Aeete Valerius Flaccus utitur, L. VII. 34.

Talique effunditur ira.

Tandem versu 382. subjungitur φῆ μέγα χωσάμενος,

Nonne ergo et hic locus, si mea lectione quis utitur, et ille prior ad partes vocatus tam similes inter se sunt, quam gutta guttae est? Quid? Nonne in gravioribus affectibus hic mos loquendi Poëtis est usitatissimus? Conferatur pulcherrimus ille locus Virgilii, versus 573. et sequentes Libri IV. Aeneidos.

L. IV. 4.

Ἦ μιν ἄτης πῆμα δυσίμερον, ἦ τό γ' ἐνίσπω

Brunc-

Brunckius hic quidem μιν refert ad praecedens χαμωτον: sed quo sequens το referetur? Mihi quidem haec verba Apollonii, ut nunc leguntur, si non ἀνοητα, saltem δυσνοητα; quibus sanior sensus, ut puto, reddetur, isque scopo Poëtae convenientissimus, si ita legeris .

Ορμαινοντι,
Ηε μεν ἀτης πημα δυσιμερον, ἠε δ' ενισπω

Nonne hunc locum Valerio Flacco ante oculos versatum dixeris? quum L. VIII. 134. ita caneret

Interea patrias saevus venit horror ad aures,
Fama domus luctumque ferens, fraudemque fugamque.

Sed quem toties ad partes vocavimus, nunc ipse in scenam jam prodeat VALERIUS FLACCUS: qui magna laude non defraudandus Poëta adhuc fere tot vitiis scatet, quod pontus belluis.

L. I. 19.

Seu tu signa dabis, seu te duce Graecia mittet,

Quod Burmannus hic in notis defendit, Poëtae jure suo licuisse, idem duobus modis efferre, id ego possum neutiquam concoquere; inprimis ob disjunctivam particulam *seu*, quae ita posita duas res diversas indicat. Quare non possum non periculum facere

emendatione his ſuccurrendi, et ſic leniter mutandi

Quam tu ſigna dabis, ſeu, te duce, Graecia mittet,
Seu Sidon Nilusque rates.

Ita ut Imperator, jam lucens ab omni parte poli, duas ſimul partes acturus esſet, tam Cynoſurae, quam Helices,

Quarum regit altera Grajas,
Altera Sidonias, utraque ſicca, rates.

ut Ovidius cecinit.

Vs. 174. *Sat multa parato.* Mihi quidem hic nullum dubium, quin pro *parato paratos* legendum ſit. Credideris *nos ſatis multa*, id eſt multum, *paratos esſe* &c. Ita *multa* pro *multum* infra verſu 757. hujus Libri, et alibi, et apud alios.

Vs. 199.

Aut ſummo depoſcere fulmen Olympo.

Cur Maſerii interpretatio Burmanno in Notis diſpliceat, ego non intelligo: nec enim *fulmen depoſcere* necesſario ſignificat *precibus a Jove contendere, ut fulmine feriat*; poteſt quoque ſignificare *ita ſe inſtituere, ut Jupiter ſalva majeſtate ſua non posſit non fulmine petere*: ut Horatius cecinit

Ne-

Neque
Per nostrum patimur scelus
Iracunda Jovem ponere fulmina.

Si quis praeterea hic *aut* in *et* mutat, non intercedam. Quamquam in talibus non religiosissimi Poëtae vel praestantissimi sunt. Vid. *Obs. Miscell.* Vol. IV. Tom. II. p. 163.

Vs. 213. *Et legem defendere.* Dubitanter propono, an forte hic *legem* mutare liceat in *pelagum* (an *pelagus?* quo Noster alibi utitur) quia paulo post sequitur

Cessere, ratemque
Accepere mari.

et quia *lex* absolute posita molestiam eruditis creat; quanquam semel hoc sensu (neque hoc nobis inficiandum) apud Nostrum occurrit, L. VI. 445.

Datque alias sine lege colus.

Vs. 219. *Unde urna humeris.* Hic laborant interpretes in voce *urna*; et, si haec retinenda sit, mihi quoque aquam haerere fateor; qui tamen pro ipsa lubentissimus *ulva* legerim. Urna, quacum aquatum exiverat Hylas, ut recte observavit Burmannus,

hic nihil ad Bacchum: quia Hylas, ut ex tota descriptione apparet, jam Mopso non ante oculos obversabatur ut puer Herculis aquatum exiens, sed ut in fontem a Najadibus raptus, ut Numen fontis.

Vs. 585.

Cum varios struerem per secula Reges.

Quidquid dicat Burmannus; ego hoc *struere Reges* non concoquo. Quid? si ita legamus

Quam varias struerem per secula leges.

id est, certos ordines rerum, alterum alteri per fatum annectens, constabilirem. Sed nunc illas semel fixas fati leges migrare nefas.

Vs. 583. *Me primum regia mundo.* Alii legunt *mea primum.* Sed quomodocumque legant, cuncti in hoc luto haerent. Ego sic explico; Regia, sive palatium coeleste, me primum, id est, tunc demum imposuit mundo, Dominum me dedit Aethereae regioni, ego arcem coelestem occupans mundi Rex declaratus sum: ut apud Virgilium Aeneid. VI. 621. et 622.

Do-

Dominumque potentem
Imposuit

L. II. 357.

Pliada lege poli nimboso moverat astro

Hic vel *astro* in *austro* cum nonnullis debemus mutare, quod ego tamen non valde cupiverim, quia versu 365. demum mentio ventorum fit

Insequitur niger et magnis cum fratribus Eurus,

vel, ut ego maluerim, *nimbosum astrum* legendum est, ut referatur per appositionem, ut vocant, ad *Pliada*.

Vs. 473. *Nos Ili veteris quondam genus*. Ego prorsus non dubito, quin hic legendum sit

Nos Ili felix quondam genus.

Nam quo alioquin illud *quondam* referas? Illa nunc, quantumvis infelix, nihilominus erat genus Ili, quam cum felicissima esset. *Veteris* huc forte irrepsit ex versu 581. ubi sensum commodissimum habet,

Et veteris tumulos praelabitur Ili.

Mea

Mea emendatio satis se commendat sequentibus,

Invida donec
Laomedonteos fugeret fortuna penates.

L. III. *Vs.* 184. *Si prospera Juno;* Si ex vero rem aestimamus, *prospera* hic non magis obstare debet, quam si, metro non adversante, *secunda* inveniretur. Ita sane Virgilius, quem hic Nostrum imitari voluisse non immerito quis suspicetur, dixit in Aeneide IV. 45.

Diis equidem auspicibus reor, et Junone secunda

Vs. 412.

Tu socios adhibere sacris, armentaque magnis

Pro *adhibere* legendum est *adhibe*, ut docui in *Diatribe pag.* 129. in Nota.

Vs. 448.

Atque ita lustrifico cantu vocat.

Ego hic quidem *vocat* vel cassa nuce vendiderim; utpote quod semper motum aliunde ad vocantem indicat. Et nonne vates noster animas defunctorum contrarium rogat, nonne ut in orcum abeant ab Argonautis? Quid,

Quid, si itaque pro *vocat*, *sonat* legeremus?

Vs. 460.

Nec visum vertere terrae
Exciderint quae gesta manu

Ego nullus dubito, quin haec, quae nemo commode interpretatur, legenda sint hac ratione:

Nec visum advertere terrae,
Exciderent quo gesta animo, quae debita fatis.

Ampycides illos jubet in transtris considere, et oculos ab ea terra avertere, in qua quantumvis ignari tantum sanguinis humani imo hospitum suorum fuderant; ut tanto facilius obliviscerentur facinora, coeca vi fati perpetrata.

Vs. 670.

Qua tegmina ferro
Plura metam

Ego, cui non displicet Burmanni in praecedentibus vocibus mutatio, non tamen possum hoc *plura* aequo animo ferre, et in *dura* mutare velim. In literis initialibus saepe est erratum. Nam quae haec esset jactantia? Ipse Telamon, infra versu 703. Meleagrum re-

redarguens, duntaxat objicit eum ſe parem exiſtimasſe.

L. IV. 257.

Hinc illinc dubiis intenta ſilentia votis.

Quid eſt hoc *dubiis?* Num ergo hinc inde dubitabant, utrius in gratiam vota facerent? Malim *variis*, id eſt diverſis, legere; quia altera pars Polluci, altera favebat Amyco.

Vs. 308. *Inclinis, ceditque malis.* Num forte haec ita accipienda et legendaſunt? Vertex inclinis, ἀκλινής, (ut Zinzerlingius ex Manilio demonſtrat) ſonat omni vulnere, id eſt crepat quidem ad unamquamque plagam, ſed non poterat rumpi, nec cedit vulneri, ſive plagae. Quid jam? quid ageret Pollux? *caedit malas, jam tempora manant.* Simul atque malas caedebat, ſtatim totum os undique ſanguine opplebatur.

Vs. 333. *Armaque Caſtor.* An forte *altaque?* Neſcio quid *arma* huc faciant.

Vs. 571. *Unde procul venti.* Quid *venti* hic ſibi velit, non intelligo. Si *nautae* ſcriptum esſet; ſatis liquida mihi ſit ſententia: ſaltem huc videtur me quaſi manu ducere, quod praecesſerat verſu 563.

Necdum ullas videre rates:

Vs. 715,

Nec

Nec tantas quamvis Tyrrhenus et Aegan
Volvet aquas: geminis et desint Syrtibus undae.

Burmannus, se haec non intelligere, ingenue fatetur. Heinsius priorem versum pro sano videtur agnoscere, sed in posteriore *et* in *ut* mutandum putat, quam mutationem ego quoque lubentissimus accipio, et tunc *ut* per *quamvis* interpretor. Sed prior quoque versus haud dubie mendosus est; in quo si pro *quamvis quantus* legeris, omnia satis bene cohaereant; nec Tyrrhenus quantus, id est totus quantus, et Aegan volvet tantas aquas: quamvis Syrtes, quae jam resorbent aquas, jam vero ejaculentur, omnes undas suas effuderint, atque adeo suis aquis careant. Simili sensu voce *quantus* Noster utitur infra L. V. 210.

Et pater aurato quantus jacet Inachus antro.

Vs. 703. 704.

Nam super huc vastos tellus quoque congerit amnes.
Non septemgemini memorem quas exitus Istri,

In his versibus interpretandis laborant interpretes, ut in Notis videre est. Ego arbitror Nostrum, perpetuum imitatorem Virgilii, hic ante oculos habuisse hos Principis Poëtarum versus ex libro II. Georgicorum.

An

An mare, quod supra, memorem, quodque alluit infra?
Anne lacus tantos?

Atque hoc si ita est, ut me haud difficulter lectori persuasurum existimo; Valerium ita leniter mutandum censeo,

Num supra huc vastos tellus quos congerat amnes?
Num septemgemini memorem quas exitus Histri.

Si quis *supera* velit, ita ut *supera tellus* dicatur, ut *mare superum*; ego illi non adversabor.

L. V. 85.

Addita jamque fretis repetens freta, jamque ferentes

Nullus scrupulus me male habet, quominus hunc versum, cui, ut nunc legitur, nullus sensus idoneus est, sic refingam

Addita jamque fretis repetit freta, jamque retentas

Ad hanc emendationem me exstimulat, quod legitur supra in L. IV. 683. *Hunc nata coërcet*, et in eodem L. IV. 708. *Aeternumque revinctos.*

Vs. 372. *Tanto non gliscere coelo.* Malim *tantum:* nisi *tanto* pro *maximo* acceperis.

Vs.

Vs. 577. 578.

Ipse autem tantis concita furoribus arma
Expetit Aesonides, et amicos ordine Reges;

Haec legenti hi versus Virgilii ex Aeneide II.

Ipsum autem sumtis Priamum juvenilibus armis
Ut vidit

in mentem veniebant, et statim succurrebat quoque, ex his Virgilianis verba nostra Valerii, quae, ut nunc leguntur, a nemine intelligi possunt, forte leniter sic mutanda esse.

Ipse autem ut tantis concita furoribus arma
Adspicit Aesonides, et amicos ordine Reges:

Illud *ut* a librario facile neglectum est per antecedens *m* et sequens *t*

Vs. 671. *Fassaque quae nequeam?* Quaecumque hic adferuntur emendationes, non parvis premuntur difficultatibus; quibus hanc meam, si placet, conjecturam adjice, fortasse non meliorem,

Cassaque sic redeam?

Vel, si transitus ad singularem a plurali forte displiceat, quem tamen nemo vehementer

improbare poteſt, qui ad praecedentem verſum 666. attenderit, et legerit a Burmanno notata ad Lotichii L. IV. Eleg. III. 159. Si tamen hic tranſitus te male habet, lege

Casſaque ſic redeat?

ut *navis noſtra* intelligatur per apoſiopeſin; quod ſchema hic quoque Burmanno jam placuit. Nonne haec conjectura noſtra aliquid firmamenti accipit ex verſu 59. L. VII.?

Teque pudor casſi reditus movet.

L. VI. 75.

Impia germani praetentans vulnera Perſes.

Neſcio quis locus hic τῷ *praetentans*. Nam, quo occurrit ſignificatu verſu 314. L. I., hic nihil ad rhombum. Muta in *praetendens*, et clariſſima evadet ſententia, et aperta imitatio Virgilii Aeneide IV. 38. et 39.

Nec conjugis unquam
Praetendi taedas,

Perſes alias gentes ſupplex ad arma adverſus Aeeten capienda moverat, inprimis hanc cauſam interſerens, quod ipſum frater Aeetes, ut verſibus 268. ad 272. L. V. legitur, optima in bonum publicum conſilia meditantem, en-

ense petivisset, et fugam coëgisset capessere. *Vulnera* autem hic utitur metonymice, Virgilium imitans in II. Aeneide 529.

Illum ardens infesto vulnere Pyrrhus
Insequitur

Ergo *impia vulnera* significabit ensem quo fratrem frater vulnerare voluerat: aut *vulnere germani* hic poterit accipi, ut supra L. IV. 129. *morti tuae*, id est quam tu inferre paras, accipiendum.

Vs. 356. *Illa dies*: *Illa* hic prorsus absurdum; Burmanni *uda* aliquanto melius. Sed quis unquam pluvium coelum *udam diem* dixit? Ne dicam, Poëtam jam tale quid voce *nubila* indicasse. Quid? si legamus *Nulla dies*, id est tenebrae: ut simile sit illis Virgilii L. I. 92.

Eripiunt nubes subito coelumque diemque:

simili fere sensu Noster usus est voce *nulla* supra L. IV. 184.

Quibus adverso sub vulnere nulla
Jam facies, nec nomen erat.

et *ulla* L. VII. 100.,

Si vestra fuisset
Ulla fides;

Quin et huc refer phrasin comicam *nullus*

 sum.

ſum. Quam frequens librariorum error in literis verſuum initialibus ſit, et unde natus, non opus eſt admoneri.

Vs. 617. *Rareſcunt cuſpide pugnae.* Num forte *crebreſcunt*?

L. VII. Vs. 72. *Robore.* Malim *pectore.* Sic Virgilius, quem ſaepe ſequitur Noſter, Aen. V. 363.

Nunc ſi cui virtus animusque in pectore praeſens;

et Juvenalis in Satyra VI.

Niſi ſiquid in illo
Pectore plus agitat.

Vs. 589.

Ut tamen hoc ſaeva corpus de morte receptum

Quidnam hic *ut* ſignificabit? *Ut* quidem ita aliquando ponitur per ellipſin aliquam verbi *visne*, aut ſimilis; ſed tunc ſemper fit interrogatio, E. G. apud Horatium Epod. ultima 56.

Inultus ut tu riſeris Cotyttia?

Sed nusquam, ut hoc loco. Quidni ergo in *attamen* mutaremus? qua voce, quamquam Heroicorum ſcriptoribus non uſitatisſima, noſter alibi quoque utitur Valerius.

Vs. 550.

Tu-

Tuque tuum parti Grajam da, nata, draconem.

Ego quidem hunc versum non invitus sic mutaverim,

Tuque tua pastum cura da, nata, draconem.

Vs. 589.

Ille virum, atque ipsam nunc te, Medea, recusans

Hoc *recusans* hic malae notae est; sed in *refutans* si quis mutaverit, me cum illo facturum polliceor. *Refutans*, id est *reprimens* vel quoque *contemnens*: quem utrumque significatum aptissime huic verbo tribui docentem vide Joh. Vorstium de *Latinitate selecta* &c. Parte I. Cap. V. Imo cur foris quaerimus, quod domi habemus? Nonne noster Valerius certissimum exemplum dat in L. VI, 123.?

Notosque refutat
Arcus, et inceptus jam lancea temnit heriles.

Vs. 616. *Adverso.* *Adversa* malim, id est hostilia. conf. versus 630.

Jamque omnes odere virum.

L. VIII. 8.

Ante per antiqui carpsit vestigia somni:

Nihil mihi est verisimilius, quam ante hic mutandum in *acta* esse: ita sensus erit admodum perspicuus, et manifesta imitatio Virgilii Aeneide V. 7.

Triste per augurium Teucrorum pectora ducunt.

Respicit vero Poëta, ut videre commentatores, ad somnium Medeae, quod L. V. versu 334. et seqq. describitur.

Vs. 42.

Namque antea jussi
Terga referre sumus:

Ego hic confidens pro *antea* lego *aurea*. Nihil clarius.

Vs. 48. *Vota sequor:* Nimium hic mihi displicet *vota* absolute positum: si *tua* additum esset, nihil contra dicerem. Nunc malo *fata* secundum illud Maronianum,

Quo fata trahunt, retrahuntque, sequamur.

Vs. 286.

Perque ratis supplex vox remigis illa magistros.

Quidni hic *magistros* in *magistris* mutabimus? ut sensus sit; idem quoque orabant magistri remigis, sive remigum, per rates.

Sic

Sic nos immenſum ſpatiis confecimus aequor.

Cum Argonautis tot maria infeſta, tot flumina ignota, tot remotisſimas terras adivimus. Nunc fesſa portum noſtra navis tetigit: nunc ergo dulcibus fruemur otiis, et ſub fago patula, ſed non ſine Muſis, nos oblectabimus. Tu ergo mihi ſponte ſic in manus illaberis, tuâe decus et gloria Siciliae, atque unice meo animo jucundisſime THEOCRITE! in quo ſi unum duosve naevos, quos tibi temporum injuria adſperſit, ſuſtulero;

Pactoli et Croeſi deſpicientur opes.

Sed jam hoc agamus. Et, ne ſolum Theocritum, ſed quidquid ad Theocritum attineat, nobis curae esſe ſignificemus; pagina 4. Ed. Valckenarii in verbis εις ὁμονοιαν του πληθους λοιπον pro λοιπον λοιπου in poſterum ſcribi malim: ſic το πληθος λοιπον τοις πολλοις πολιταις φθαρεισιν concinne opponitur. Nunc ad ipſum Poëtam pergimus.

Idyll. I. 85. ζαλοισ'. Quidquid hic dicant viri maximi, quorum nomina ſemper honoratisſima habebo; tamen nequeo inficiari ſic adhuc ſcrupulum reſtare, qui me male habeat. Procul ullo dubio ad haec Theocriti alludunt Virgiliana in Ecloga X.

Omnes, unde amor iſte, rogant, tibi? venit Apollo:
Galle, quid inſanis? inquit: Tua cura Lycoris
Perque nives alium perque horrida caſtra ſecuta.

et verſus 64, 65. Eclogae II.

Florentem cytiſum ſequitur laſciva capella;
Te Corydon, o Alexi.

Quid, ſi ergo ζαλοισ' in ζαλοις, id eſt, *ſectaris*, mutaveris? Nonne hoc ſenſum commodiſſimum daret? *quae autem puella per omnes fontes et ſaltus pedibus fertur* (hanc puellam) *tu ſectaris*. Similem fere conſtructionem Noſter habet in Idyllio XXIIX. 17. et ſeqq. et ζαλοι hoc ſenſu occurrit in Idyllio VI. 27.

ζαλοι μ' ὦ παιαν, και τακεται·

hoc ſenſu διωκειν et ζηλεν inter ſe reſpondere apud Lucianum Tom. II. pag. 422. obſervavit Lennepius ad Phalaridis Ep. pag. 115. Idyll. III. 20.

Εϛι και ἐν κενεοισι φιλαμασιν ἀδεα τερψις.

Nihil certius, quam hunc verſum huc temere intruſum eſſe ex Ecloga, cui nomen Οαριϛυς, in qua ſenſu aptiſſimo eſt. Sed num ideo praecedens ὡς τυ φιλασω, ut Valckenarius vult, ſimul quoque ejiciemus? Si ex animi ſententia loquar, hoc *amplectere me ut te oſculer* hic quidem aliquatenus tolerari videtur poſſe; ſed tunc ſequens τον ϛεφανον τιλαι &c. non ſatis commode adhaeſerit. Ergo malim huc Valckenarii προσφθυσδεις recipere, et ως in αι mutare, ut ſignificet *conſpuis me ſi te oſcu-*

la-

labor; ad similitudinem Virgiliani *despectus tibi sum*, et *rusticus es Corydon*, in Alexi suo, in quo sibi hanc Theocriti Eclogam ad imitandum proposuit, ut, qui utramque contulerit, non poterit inficiari Quod si ita legamus, nonne optima praebebitur occasio majoribus furoris ignibus exardescendi, atque adeo subjiciendi τον στεφανον τιλαι &c.?

Idyll. XIII. 15.

Αυτω δ' ευ ἑλκων ες ἀλαθινον ανδρ' ἀποβαιη.

Hoc loco quot capita tot fere sensus. Si res mei arbitrii foret ἑυπειθων *obediens* legerem. Si Hylas bene proficeret sub magistro vel duce Hercule, duae res procul dubio necessariae erant; prior, ut Hercules pro virili operam in illo docendo impenderet, ut legitur versu 14.; posterior, ut ipse Hylas quoque, quantum in se esset, docenti obtemperaret: quod ergo hoc versu, si ἑυπειθων legis, indicatur. Fateor ἑυ ἑικων, ut nonnulli legunt, eodem ducere. Sed vereor, ut aeque Graecum sit.

Idyll. XVII. 121. 122.

Μυνος ὁδε προτερων τοκεων ἐτι θερμα κονιη,
Στειβομενος καθυπερθε, ποδων ἐκμασσεται ἰχνη.

Fateor, me ex his verbis tolerabilem sensum non posse extundere. Sed an pulchrius procedam, si lectionem Brunckianam sequor? Ego tunc non video, quomodo versus sequens 123. praecedentibus annecti possit.

 Quid,

Quid, si Reiskium sequimur; an tunc omnis continuo tolletur scrupulus? Mihi quidem non sic videtur; qui malim lenissimam medicinam facere, una voce ἔτι in ὅθι mutata a codicibus discedendo; atque ita existimo locum prorsus sanatum esse:

> Μουνος ὁδε, προτερων τοκεων ὅθι θερμα κονιη
> Στειβομενα καθυπερθε ποδων ἐκμασσεται ιχνη,
> Ματρι φιλᾳ και πατρι θυωδεας ἑισατο ναως.

Hic solus illic, ubi priorum parentum (majorum) *pulvis* (sive cinis) *calcatus superne exprimit calida* (recentia) *signa pedum, matri suae et patri adorata templa posuit.* Ergo Ptolemaeus solus parentibus suis templum exstruxit illic loci, ubi eorum cinis conditus erat; qui, nisi suo cineri templum superstructum esset, debuissent pati suo cineri non minus, quam cineri aliorum jam ante defunctorum, calida vestigia ab illam terram calcantibus imprimi. Plura, ad hunc erga cineres majorum religiosum animum illustrandum facientia, hic adferendo nolo chartam et atramentum perdere.

Vs. 137.

> Αρισταν γεμων ἐκ Διος ἕξοις

Timidiuscule hanc propono conjecturam meam. Ego quidem ἕξοις, quod ex antiquis codd. pro οἴτευ receperunt Brunckius et Valckenarius, ulterius in ἕξων mutare velim, *habiturus quidem robur*, sive hanc poëticam facul-

cultatem, *a Jove*: et tunc ferme idem significaret, quod Ecloga XVI. 70. et sequenti,

χαλεπαι γαρ ὁδοι τελεθοντι ἀοιδαις
Κουραων, ἀπανευθε Διος μεγαν βωλευοντος.

ubi tamen post κυραων comma delendum censeo, ut sensus sit ἀπανευθε κυραων Διος &c.

Idyll. XVIII. 16.

Αγαθος τις ἐπεπταρεν ἐρχομενῳ τοι

Quid? si hic legamus

ἀγαθον τι ἐρως πταρεν ἐρχομενῳ τοι

ita ut hinc sua hausisse videatur Propertius, quando L. II. Eleg. II. 32. dicit

Num tibi nascenti primis, mea vita, diebus
Candidus argutum sternuit omen amor?

Idyll. XXI. 15.

Παντα περισσα
Παντ' ἐδοκει τηνοις αγρας. πενια σφιν ἑταιρα.

In hujus loci verbis constituendis mirum quantum sudaverunt Critici. Mihi quidem prope certum videtur, cuncta sic legenda esse.

Ταυτα περισσα
Παντ' ἐδοκει τηνοις, ἀγρας πενια σφιν ἑταιρα.

Haec

Haec omnia videbantur illis supervacua esse, (supellex ollarum, et canis, qui comitaretur &c.) *paupertas illis socia capturae piscium erat*, τηνοις quoque, monente Valckenario, Vaticanus codex habet.

Vs. 65. 66. 67.

Ειδ' ὑπαρ, ου κνωσσων τυ τα χωρια ταυτα ματευσεις,
Ελπις των ὑπνων ζατει τον σαρκινον ἰχθυν,
Μη συ θανης λιμῳ, καιτοι χρυσοισιν ὀνειροις.

In his tribus versibus interpretandis nemo interpretum adhuc sibi, nedum aliis, satisfacere potuit. Ego, unico verbo ματευσεις in ματευσον mutato, et hujus illiusve codicis lectione, vel conjectura eruditi viri, in subsidium assumta, commodissimam lectionem ita censeo constituendam;

Ειδ' ὑπαρ ου κνωσσων κατα χωρια ταυτα ματευσον,
Ελπιςων ὑπνων χατει, τον σαρκινον ἰχθυν:
Μη συ θανης λιμῳ, κἀν τοις χρυσοισιν ὀνειροις.

Eja vigilans, nec somnians, in his regionibus quaere, defectu eorum, quae in somnio sperasti, carneum piscem, ne fame moriaris quanquam in aureis somniis, merum aurum somnians.

Idyll. XXII. 102.

Ετωσια χερσι προδεικνυς

Aut ego hic totus extra oleas vagor, aut χερσι mutandum in χειρι vel χειρα: sed illud ma-

malo. Προδεικνυναι χειρε vel χειρα idem eſt quod Virgilius dixit in Aen. V. 443.

Oſtendit dextram inſurgens Entellus, et alte Extulit.

Idyll. XXV. 148.

Οδε ὁι επι νευρα τανυσθεις

Vel περι νευρα, quod Valckenarius praefert. Sed nonne ὁι in αυ mutatum meliorem ſenſum funderet? *ille rurſus* &c.

Idyll. XXIX. 31.

Ταυτα χρη νεοντα πελειν ποτιμωτερον,

Num legendum eſt φρονιμωτερον? ita ut amaſio meliorem mentem apprecetur. Nam et ignoro ποτιμος ſignificare *bibax*, et dubito, num Poëta tale quid innuat. Fateor, principium Idyllii hujusmodi quidem ſuſpicionem alicui videatur injicere: ſed nonne aliter potius accipiendum? Nonre amator, postquam praemiſisſet vinum hac gaudere virtute, ut homines vera loqui jubeat, deinde aptisſime videtur ſimulavisſe, ſe vere ebrium esſe, ut ita ſe defendens vulgari proverbio tanto magis impune ſui pectoris arcana ad puerum duriuſculum effunderet?

Quid? Num Lectores occidere dicar, dum aliam poſt aliam conjecturam profero? Quidquid dicar fecisſe; non tamen posſum non adhuc tria quatuorve loca in Horatio et Juve-

nale

male tentare: και τοτε ἀφισταμαι. Ego in his verbis HORATII, L. I. Od. XVI. 22. 23. 24.

Me quoque pectoris
Tentavit in dulci juventa
Fervor

hoc epitheton *dulce*, nihil prorſus hic quidem faciens ad excuſandam iracundiam Horatii, haud quaquam posſum concoquere. Si codicis alicujus lectio dubium hic faceret *in*, atque aliquid ſuppeditaret, ex quo non nimis difficili metamorphoſi *heu*, ſive *eu*, (nam librarii ſaepisſime adſpirantem omiſere literam) fingi et recudi posſet, atque ita apud Noſtrum legi

Me quoque pectori
Tentavit, heu! dulcis juventae
Fervor,

ego illum codicem quantivis pretii, atque unice ſequendum, putarem esſe. Nonne tunc Noſter hic videatur prope idem ſignificare, quod in Ep. III. 33. L. I. per *calidus ſanguis*, et per *calidus juventa* in Ode XIV. 28. L. III.? Imo nonne ita Noſter, asſiduus imitator Graecorum, hic prope verbum verbo reddens eandem aptisſimam excuſationem furoris adferre videri posſet, qua apud Homerum Achilles pro ſeſe utitur in Iliad. XIIX. verſu 107. et ſeqq.?

ait

ως ερις εκτε θεων εκ τ' ανθρωπων απολοιτο,
Και χολος; ὁς τ' εφεηκε πολυφρονα περ χαλεπηναι
Ος τε πολυ γλυκιων μελιτος καταλειβομενοιο
Ανδρων εν στηθεσσιν αεξεται ἠυτε καπνος.

In Arte Poët. 256.

Spondeos ſtabiles in jura paterna recepit.

Facesſat hinc citisſime *paterna*, quod neſcio quid ſignificet, et pro eo legatur *alterna*; ut ſignificet, Jambum in verſu Jambico alternis idem jus Spondeo tribuisſe, quod ſibi retentum voluerit.

Nunc verbum adhuc addam de JUVENALE. Sat. II. 130.

Nec galeam quasſas, nec terram cuſpide pulſas?

Mihi quidem hic nihil dubii, quin *terram* in *parmam* mutandum ſit; ita ut ira et indignatio militaris eodem modo hic deſcribatur, quo apud Callimachum in Hymno in Delum, verſu 136.

Τψοθε δ' εσμαραγησε, και ασπιδα τυψεν ακωκη
Δουρατος·

et apud Val. Flaccum L. VI. 99.

Nec procul albentes gemina ferit aclide parmas.

De hoc autem ritu ſcuta haſtis feriendi nonnulla ex Graecis ſcriptoribus attulit praeter Eze-

Ezechielem Spanhemium, eruditissimus G. d'Arnaud in specim. Animadversionum *pag.* 74

Sat. VI. 154.

Et armatis obstat casa candida nautis:

Quid hoc *casa candida*? Hoc cuivis, ut puto, durum visum, mihi certe videtur durissimum. Nam an casa candida, sive nive consperfa, nautis mare claudit? Nonne melior exsurgeret sententia si *obstant vada candida* legeres. Fateor, mare a Poetis plerumque *vada caerula* dicitur. Sed nonne idem diverso respectu, quaterus spumosis albescit fluctibus, *vada candida* dici mereat? Huc saltem me ducere putaverim haec Orphei in Argon. 456. 457.

Υπερ μεγα λαιτμα τε ποντυ
Αφρος ἐπιζειων χαροπην λευκαινε θαλασσαν.

Et hoc Virgilii in Georgicis,

Cano spumant freta concita fluctu.

Sat. IX. 67.

Quid agam bruma spirante? quid oro?

Principio in his verbis *bruma spirante*, *spirante* vix mihi placet: *saeviente*, *furente* magis ad palatum fuerit. Deinde *quid oro* importunissime videtur interjici. Quid? si levi-

viculæ mutatione facta, utrique malo medicaremur, ſic legendo

Quid faciam bruma? ſpirante quid euro?

ut Virgilius dixit

Semper hiems, ſemper ſpirantes frigora cauri.

Sed ohe! jam ſatis, plus ſatis tibi L. B. moleſti fuimus. Ergo hic jam deſinam.

Leovardiae. III. Kal. Novemb.
MDCCXCIII.



SAMUEL NYHOFF

DIATRIBE CRITICA

IN

LIVIUM.

CAPUT I.

Quum bellum fecundum Punicum *maxime omnium memorabile, quae unquam gesta sint*, Livio XXI. 1. jure appelletur, non supervacaneum fore ratus, quae hactenus in eo apud ipsum nondum fatis explicata viderentur, meo qualicunque opere hoc et aliquot fubinde capitibus illuftrare, a Libro XXI., quo illud fcribere coepit Livius, explicandi initium facere necesfarium duxi.

Lib. XXI.

Cap. 2. *Medius Hasdrubal inter patrem et filium octo ferme annos imperium obtinuit; flore aetatis (uti ferunt) primo Hamilcari conciliatus: gener inde ob altam indolem* provecto annis *adfcitus*.

Pro-

Provecto annis. Ita primum emendavit Lipsius I. epist. quaest. ep. 12., quem post alios ideo valde laudavit J. F. Gronov. ad h. l. Dukerus tamen praefert *provectus annis*, seu *provectior annis.* Attamen verisimile non est, Livium credidisse, Hasdrubalem, quum filiam ipsi Hamilcar in matrimonium daret, jam *annis* fuisse *provectum*; erat enim *adolescens* tunc temporis, non *provectus annis*, teste Nepot. in vita Hamilc., c. 3. Hanc vero aetatem proximam senectuti facit Cicer. de seneſt. c. 4., ubi de Q. Maximo scribit: *eum colere coepi non admodum grandem natu; sed tamen jam aetate provectum.* Quod autem codd. constanter servant *profecto*, nec ullus *provecto* refert, haud frustra sane conjici potest, aliunde remedium petendum. Arbitror quippe *profecto animi*, seu *profectus animi*, uti Vulgo legebatur, corruptum esse ex *praefecto morum*; et *accitus* restituendum esse e nonnullis codd. pro vulgat. *adscitus*; adeoque Livium scripsisse: *Medius Hasdrubal — flore aetatis (uti ferunt) primo Hamilcari conciliatus: gener inde ob altam indolem,* praefecto morum sive, (quoniam est etiam, qui *animi profecto* habet) a morum praefecto *accitus*. *Accitus*, hoc est, arcessitus ex Hispania, *praefecto morum* sive *a praefecto morum* ob suspicionem turpis amoris cum Hamilcare, uti maledici loquebantur; ideo *gener* Hamilcaris, data ipsi in matrimonium filia *ob altam indolem*, quoniam a praefecto morum Hasdrubal cum eo vetabatur esse; idque ob praeclaram Juvenis indolem Hamilcari durum

erat; gener autem moribus eorum interdici socero non poterat; uti haec omnia disertis verbis testatur Nepos l. ante l. in vit. Hamilc. c. 3.

Cap. 3. Ubi Hanno, *an hoc timemus*, inquit, *ne Hamilcaris filius nimis sero imperia immodica et regni paterni speciem videat?* et, *cujus regis genero hereditarii sint relicti exercitus nostri, ejus filio parum mature serviamus.* Hic locus, si quis alius explicatu dignus. Qui eum non intelligerent, e pluribus codd. *spem* ex *speciem* corruptum arcessiverunt, et *videat* in *induat* mutarunt, quos recte damnat Drakenb. ad h. l., vulgatam tuitus; nil tamen insuper addens, quod ad loci intelligentiam faciat. Ut igitur vulgatam lectionem unice veram esse magis fiat perspicuum, tenendum est, *videre immodica imperia et regni paterni speciem*, idem esse ac *appetere nimia imperia et insignia regni paterni;* ita per invidiam Hanno, alterius factionis princeps, interpretatur, quod Barcini censuerant, Hannibalem juvenem mittendum in Hispaniam, ut *in paternas succederet opes;* sic infra h. l. c. 10. acri ore *ipsum Hamilcarem* appellat *Martem alterum, ut isti volunt*. *Speciem* hoc sensu recte sumi pro *insignibus potestatis;* et qualia illa sint, *dominationis*, *principatus*, *regni*, imo *tyrannidis* luculenter ostendit J. G. Graevius ad Cicer. 2. Agrar. c. 13. *Videre* pro *expetere* Livio non alienum II. 12., *ut sentias, quam vile corpus sit iis, qui magnam gloriam vident*, id est, *appetunt;* vid. Gronov. et Drakenb. ad illum lo-

locum, et Ernest. glosf. Livian. in voce; quibus addi potest Perizon. ad Sanctii Minerv. in resp. ad L. Kuster. §. 12.; neque aliter Hanno infra l. l. *Hannibalem* vocat *juvenem flagrantem cupidine regni*. Hactenus ergo omnia congrue intelligi posſunt; interim posteriora inde ab, *et cujus* cet. nullum, ſaltem non idoneum praebere ſenſum mecum videbunt, qui animadverterint, *parum mature ſervire* et *nimis ſero videre* a Livio ſibi oppoſita esſe, quod quia adeo eſt clarum, ut vix indicio ſit opus, eo magis mirum, neminem obſervasſe, Livium non potuisſe ſcribere: *et (an hoc timemus, ne) cujus regis genero cet.*, *ejus filio parum mature*, hoc eſt, *nimis celeriter ſerviamus*; optimum vero ſenſum praebent, ſi legas: *An hoc timemus, ne filius Hamilcaris nimis ſero immodica imperia et regni paterni ſpeciem videat?* At, *cujus regis genero hereditarii ſint relicti exercitus noſtri, ejus filio parum mature ſerviamus. At*, hoc eſt, *imo potius hoc timemus, ne* cet. *At* objectionibus inſervire notisſimum, et indicat Erneſt. Clav. Cicer. in voce.

Cap. 4. *Veſtitus nihil inter aequales excellens; arma* atque equi *conſpiciebantur*.

Conſpici, hoc eſt, *conſpicuum esſe*, ait Sigonius ad h. l., neque aliter Drakenb., quibus asſentitur Erneſt. glosſ. Livian. in voce, *conſpiciebantur*, inquiens, hoc eſt, *inſignes erant*, uti recte, ſi haec ſint Livii, de quo tamen eſt, quod equidem vehementer dubitem. Dubitandi mihi anſam praebuit rei nexus, tanquam veri index. Enar-

rat quippe Livius insignes Hannibalis virtutes, quae in ipso haud mediocre momentum ad favorem militum conciliandum erant, eo potissimum conspicuas, quod ceteris sese minime efferret. Quomodo vero militibus gratum facere poterat *armis et equis conspicuis?* An et illud in *virtutibus* ponendum? Deinde *arma et equi* vulgo sumi solent eo sensu, ut *utrumque genus militiae* indicent, *pedestre* et *equestre*; vid. Ernest. ad Sueton. Titum c. 3., et illic laud. Burm. ad Virgil. Aen. VIIII. 3., adeoque *arma et equi conspiciebantur*, idem foret, ac, *excellens erat utroque genere militiae*; verum quae proxime sequuntur, idem declarant; ita enim mox persequitur Livius: *Peditum equitumque idem longe primus erat.* Mihi sane ista animadvertenti in mentem venit exstitisse: *vestitus nihil inter aequales excellens; arma adaeque conspiciebantur*, hoc est, armis quoque Hannibal ab aequalibus non differebat. IV. 43. *ut, quemadmodum in tribunis consulari potestate creandis usi sunt, adaeque in quaestoribus liberum esset arbitrium populi*, cet., ubi vid. J. F. Gronov.

Cap. 5. Carteiam, *urbem opulentam et caput gentis* (Olcadum) *expugnat diripitque.* Difficilis sane et obscura de *Carteia* in Olcadibus, non tamen inutilis plane est quaestio. *Carteiam* ad fretum Herculeum sitam, non vero Olcadum fuisse caput, satis constat. Nonnulli hic de altera *Carteia*, duas enim fuisse statuunt, in interioribus Hispaniae cogitant, quorum rationes non sufficere proba-

bavit Wesſeling. ad Anton. itin. p. 406. Sigonius ex Polyb. III. p. 168. D. *Althaeam* legit, illic quippe eſt Ἀλθαία, quem plurimi deinde ſecuti, et in his Cellar. geogr. ant. L. I. p. 100. et ſeq., ubi tamen in adnot. ad Calc. *Carteia* fruſtra colligitur orta e Phoenicio vocabulo, urbem denotante, propter Althaeae excellentiam. Licet enim huic conjecturae id veri inesſe posſit, ut vox Graeca Polybii Ἀλθαία a Phoenicia voce diverſa fuerit, non tamen ideo exiſtimandum, ut ἄστυ, Athenas, Urbem, Romam appellavere Graeci et Latini, ita quoque Ἀλθαίαν κατ' ἐξοχὴν Phoenicia dialecto urbem vocatam esſe: non enim, uti Athenae totius Atticae, Roma Italiae, ſic Ἀλθαία Olcadum quidem; non Iberiae caput erat. Quae cum ita ſint, Sigonii quidem unice veram puto explicationem; conjeci interim, Ἀλθαίαν Polybii non fuisſe dictam Althaeam Livio. Unus quippe Codex, monente Drakenburgio, qui tamen Sigonium ſequitur, *Certhaiam* habet, quod puto corruptum ex *Certimam* ſeu *Certhimam*. XL. 47. *(Gracchus) ad praevalidam aliam urbem (Certimam appellant Celtiberi) pervenit.* Praecipuum conjecturae meae argumentum eſt, peritisſimos rerum Hiſpanicarum ſcriptores a Cellar. l. l. p. 100. laudatos, quos et Nonius in ſua Hiſpania c. 47. ſequitur, Althaeam in regno Toletano, decem circiter leucis a Toleto in ortum remotam poſuisſe, neque illud alienum esſe a Livii deſcriptione, unde conſtat, Ἀλθαίαν non Alcen inter et Ergavicam, uti eam locat Koelerus Geogr. ant. Tab. 3.

Hiſpan., ſitam fuiſſe; ſed ita, ut prior Ἀλθαία fuerit, tum Alce, tandem Ergavica: jam vero Livio d. l. c. 47. et ſeqq., Gracchus primum *Certimam* cepit, inde ad *Alcen* processit, unde tandem venit ad *Ergavicam.* Quae cum ita ſint, cumque Ἀλθαία praecipua Olcadum urbs, Graccho in Hiſpania bellante, exſtiterit adhuc, quod dubium non eſt, credibile mihi videtur Ἀλθαίαν Polybii, *Certimam* ſeu *Certhimam* Livio fuiſſe appellatam. Adhaec, cum, Livium, oppidorum minus celebrium omiſſis nominibus, nobiliſſimas ex iis, quae Romani Graccho duce ceperant, et praecipuas urbes memoraſſe reperiam; veluti poſt Mundam, erant *Certima*, *Alce* et *Ergavica*, et quidem *Certimam* nuncupet *urbem praevalidam*, Ἀλθαία autem βαρυτάτη πόλις Ὀλκάδων Polybio l. l., Livioque *opulentum oppidum et caput hujus gentis* praedicetur, non immerito exinde, praeſertim, ob eundem *Certimae*. et Ἀλθαίας ſitum ſupra veriſimiliter probatum, colligitur, Ἀλθαίαν τὴν βαρυτάτην πόλιν Ὀλκάδων; *Certimam praevalidam urbem* ſive *opulentum oppidum et caput Olcadum* eſſe. Neque obſtat, *Certimam* videri Celtiberiae; Ἀλθαίαν vero Olcadum eſſe; nam luculenter patet, Alce l. l. c. 49. in ditionem Graccho permiſſa, Thurrum regulum ejus *Celtiberos veteres ſuos ſocios* appellaſſe, indicio Alcen ad ſocietatem belli cum iis adverſus Romanos pertinuiſſe magis, quam Celtiberiae proprie ſic dictae fuiſſe; quod eo magis credibile, quia ad Alcen Celtiberorum caſtra erant, quibus cum in-

ingenti eorundem caede a Romanis expugnatis, ad Celtiberiam depopulandam Gracchus copias ducebat; videntur igitur Romani tum demum Celtiberiae fines invasisse: jam vero si hoc de *Alce* constet, summo jure idem de *Certima* remotiore adhuc confici potest; neque scripsit Livius, *Certimam* Celtiberiae fuisse; sed Celtiberos *istam praevalidam urbem Certimam appellasse*.

Cap. 6. *quibus quum adesset idem, qui litis erat sator, nec* certamen juris *sed vim quaeri appareret.*

Certamen juris optime Ernestus Gloss. Liv. in voce *certamen*, exponit *certamen de jure*. Ita I. 17. *in patrum interim animos certamen regni ac cupido versabat*; et sic saepius. An interim *certamen juris* et *vis* hic loci recte opponantur, dubito: convenientius contraria sunt *jus* et *vis* XXI. 31. *jure minus, vi plus poterant*, uti et alio sensu conjunguntur eidem XXVI. 12. deinde *quaerere certamen juris* non minus offendit; erat enim jam certamen, cui praestitisset; nec *certamen juris* esse, *sed vim quaeri*. Monuit autem Drakenburgius ad h. l. in Lov. I. inveniri, nec *certamen jus sed vim quaeri*, unde locum sic restituo: *nec certamine* jus *sed vim quaeri appareret*, hoc est, quum appareret non de justo et aequo Hannibalem movere lites, sed belli causa eum certare. En igitur finem, quem litibus serendis sibi constituerat, a Saguntinis detectam, huc spectantem, *non ut jus, sed ut vim quaereret*. *Jus quaerere* recte di-

dictum, uti *jus postulare* V. 36., et Cicer. 2. Philipp. c. 29. *jus postulabas: sed quid ad rem? plus ille poterat. jus*, hoc est, *aequum*, vid. Ernest. in Clav. Ciceron. voce *jus*.

Cap. 7. *Oriundi a Zacyntho insula dicuntur, mixtique* etiam *ab Ardea Rutulorum quidam generis*.

Hic licet locus hactenus a nemine, quantum sciam, falsi damnatus sit, codicesque ad unum omnes vulgatam tueri videantur; postrema tamen, uti vulgo leguntur, a Livio profecta vix crediderim. Voces *mixti generis* gignendi casu conjungendae; sic enim I. 9. *proinde ne gravarentur homines cum hominibus sanguinem et genus miscere*. Postrema igitur hoc modo cohaerent. *Et quidam etiam mixti generis ab Ardea Rutulorum*. Imo vero non isti *quidam* erant duntaxat *mixti generis*; sed quoniam non omnes omnino a Zacyntho, sed nonnulli ab Ardea Rutulorum orti erant, *Saguntinos* generatim *mixti generis* fuisse puto ideo, quod orti a Zacyntho initio cum Rutulis *miscuerant genus*. Eodem sensu — XXX. 35., *Auxiliares Karthaginiensium mixti colluvione omnium gentium* dicuntur. Quae quum ita sint, mutato *etiam* in *nam*, locum sic legere non vereor: *Oriundi a Zacyntho insula dicuntur, mixtique* (nam *ab Ardea Rutulorum quidam*) *generis*. Pari ratione hujus libri c. 5. J. F. Gronov. Vulgo ibi legitur: *Peditum agmen in ripa, elephantos ante quadraginta disposuit*. Sed, V. S. e codd. restituit:

tuit: *Peditum agmen in ripa*, *elephantos*, five ut Drakenb. mavult, *elephantosque (quadraginta autem erant) dispofuit.* Ubi tamen cum Dukero Vulgata mihi verior videtur; optime enim *ante* pro *in fronte* non femel Livio ufitatum, teftimonio quoque Gronovii ufus, V. D. indicat. Elephantos autem *in prima fronte* difponere praefertim ante flumen, cum ab altera parte vim conjiceret, ad obterendos inde delatos hoftes prudentis erat ducis; et faepius etiam alia de caufa ab Hannibale factum video XXX. 35. *Elephantos* (inftruxit) *in prima fronte: quorum fortuitus impetus atque intolerabilis vis figna fequi et fervare ordines Romanos prohiberet.*

Sub fin. Cap., *Ut vero Hannibal ipfe, dum murum incautius fubit, adverfum femur tragula graviter ictus cecidit.*

Quamvis haud ignorem, verbum *cadere* pro *occumbere* tum potisfimum ufurpari, quum certando quis occiditur; tamen, quia proxime praecedit *tumultuariis quibusdam certaminibus haud ferme plures Saguntinos cecidisfe*, hoc eft occifos esfe, *quam Poenos;* et facile quis opinaretur, etiam ipfum Hannibalem *adverfum femur tragula graviter ictum cecidisfe;* hoc eft vulnere ifto gravi tanquam mortifero ftatim mortuum esfe; ambiguitatis iftius tollendae caufa aptius legi poteft. *Ut vero Hannibal ipfe, dum murum incautius fubit, adverfum femur tragula graviter ictus concidit.* Ita faltem Nepos in Vita Epamin. c. 9., *neque prius abfcesferunt, quam magna caede facta multisque occifis fortisfime ipfum Epami-*

non-

nondum pugnantem, sparo eminus percussum concidere *viderunt.* et Livius XLI. 16. *Accesserat ad religionem, quod Cn. Cornelius consul ex monte Albano rediens, concidit.*

Cap. 8. *Abundabat multitudine Poenus; ad centum enim quinquaginta millia habuisse in armis satis creditur. Oppidani ad omnia tuenda atque obeunda multifariam distineri coepti* sunt. et *non sufficiebant (jam enim feriebantur arietibus) muri, quassataeque multae partes erant.* J. F. Gronovius interpungendi rationem, quam paulo ante ad c. 7. vidimus minus recte c. 5. h. libri ab eo institutam esse, etiam hic repetiit; eodemque ordine locum Drakenburgius edidit. Sed praeterquam quod Dukerus *το sufficere* ad ea, quae proxime praecedunt, necessario pertinere ostendit, verborum simul nexus talem interpungendi rationem vetat; namque posterior hujus loci pars inde ab *jam enim* hac ratione cohaeret: *jam enim multae muri partes feriebantur arietibus, quassataeque erant,* quod facile patet. Praeterea *abundare multitudine*, et *non sufficere isti* sibi *ἐναντία* esse apparet. Quorum certe vis oppositorum valde minuitur, si a voce *oppidani* interpungendo *non sufficiebant* divellantur; ita enim sunt contraria: *Poenus multitudine abundabat* — *oppidani* isti *non sufficiebant.* Idcirco nullus dubito, quin hic quoque mendum Livio inscitia Librariorum adhaereat, et quidem in his: *sunt. et*; qui tamen tolli facile potest legendo: *Abundabat multitudine Poenus; Oppidani ad omnia tuenda atque obeunda multifariam*

riam distineri coepti cunctis *non sufficiebant; jam enim feriebantur parietibus muri quassataeque multae partes erant.* Quippe quum jam variis modis multis muri partibus adesse et hic illic agere cogerentur, *simul omnibus* non sufficiebant. *cuncta*, hoc est, *omnia simul et una* VII. 34. *admiratione paventibus cunctis, quum omnium in se vertisset oculos.* Vid. quoque Ernest. gloss. Liv. voc. *cuncti. Sufficere* autem *cunctis* idem est, ac suppeditare satis defensorum ad omnia simul tegenda. Eadem significatione hoc verbo Livius alias usus est. XXIX. 31. *et (mons), quia pecori bonus alendo erat, hominum quoque carne ac lacte vescentium sufficiebat alimentis;* hoc est, hominibus satis alimentorum suppeditabat. XXXVI. 45. *quoad sufficere remiges potuerunt*, hoc est, quoad satis virium suppeditare potuerunt. ideo illic paulo inferius est: *reficere remigem*, exhaustis eorum viribus. Neque aliter interpretor locum III. 16., tot virorum eruditorum curis tentatum; *jam Horatius eos, excursionibus sufficiendo praeliisque levibus experiundo assuefecerat sibi potius fidere*, cet. *sufficiendo excursionibus*, hoc est, assiduas excurrendi occasiones praebendo. *Eos* enim illic, monente Dukero, qui tamen aliter haec interpretatur, ad *assuefecerat* pertinet; interim mea superiorum locorum explicatio confirmatur, quod idem V. D. ad h. l. acute observat, *sufficere* κατ' ἔλλειψιν nominis vel alterius partis saepius poni solere.

Eod. cap. *Nihil tumultuariae pugnae simile erat*,

erat, quales in oppugnationibus urbium per occasionem partis alterius censeri *solent.* Verbis, *per occasionem partis alterius*, nodus inest, cui solvendo interpretatio Ernesti glosſ. Liv. in voce *occasio* vix sufficere videtur. *Conserere pugnas per occasionem partis alterius*, id est, inquit ibi, *quum pars altera occasionem aut praebet aut nanciscitur. Pars altera*, hoc est, seu *oppugnatores*, seu *oppidani.* Nonne vero praestitisset tum: *partis alterutrius?* Insuper Livio usitatior loquendi formula: *pars altera* et *altera* X. 2. *altera (pars juventutis) in regionem, qua effusa populatio nuntiabatur, altera* —— *ad stationem navium ducta.* XXIV. 3. *pars altera metu dedita hosti, pertinacior (altera) in repugnando telis obruta et confixa est*, et XXI. 57. *ex parte altera* —— *in altera.* satis quoque fuisset *per occasionem.* Saltem Livii sunt: XXI. 11. *tum Hannibal occasionem ratus* XXIV. 37. *nulli occasioni fraudis Romanum patere.* XXXVII. 26. *per occasionem fraude praeparatam*, et saepius. Tandem *occasio partis alterius* non simul significare posse videtur, *quam pars altera habet et praebet;* sed *unum* vel *alterum;* nam ita gignendi casus simul *possessive* et *active*, uti grammatici loquuntur, a Livio sumtum esset, quod tamen vix credibile; nam ipse alias *utramque occasionem* distinguere solet. XXII. 39. *neque occasioni tuae desis*, et ibid. *suam occasionem hosti prodere*, neque aliter Cicero X. ad Diverſ. Ep. 21. *ne nostra mala suam occasionem praebent.* Cum

Cum autem in oppugnatione urbium occasio potissima, ne dicam, unica sit, si oppidani erumpere in stationes et opera hostium possint, et Livius c. 7. h. libr. ista certamina *tumultuaria* nuncupet, hic loci indigitare videtur, pugnam istam, quam Hannibal cum Saguntinis *inter ruinas muri et tecta urbis* conserebat, non fuisse similem pugnae tumultuariae, quales vulgo habebantur in oppugnatione urbium, erumpentibus, si possent, oppidanis in stationes operaque hostium, verum illic justam constitisse utrimque aciem. Id tamen non videntes Librarii locum misere depravarunt. Prius corrupte *alterius* dederunt; dein *censeri*, quod aliter fieri non poterat, in *conseri;* alii vero in *consciri* abire jusserunt. Legendum equidem puto: *Nihil tumultuariae pugnae simile erat, quales in oppugnationibus urbium per occasionem partis* ulterioris *censeri solent.* In oppugnatione urbium *pugnae ulterioris partis*, quae fiebant ultra urbem, *per occasionem*, cum possent erumpere oppidani in stationes et opera hostium (id autem poterant, *submoto* a muro *hoste*, vid. supra cap. 7.) *censeri solebant*, pluris vulgo non aestimabantur quam *praelia tumultuaria:* mira inde res *inter ruinas muri et tecta urbis* conspiciebatur, cum illic quoque *nihil* ejusmodi *tumultuariae pugnae esset simile;* sed *justae acies*, *velut in patenti campo constitissent: pars ulterior urbis*, hoc est, *ultra oppidum.* XXXIV. 20. *Ceteras copias ad ulteriorem partem urbis circumducit*, *et* — *eos* (delectos ex iis) *ad murum oppugnandum sub-*

ſubire jubet. Ad partem ulteriorem urbis, hoc eſt, *ultra urbem;* non *ad partem remotiorem, quoniam urbs in longitudinem valde porrecta erat*, uti vult Erneſt. Gloſſ. Livian. in voce *ulterior.* Huic enim interpretationi oppugnat verbum *circumducere.* Inde apud A. Gell. Noct. Att. 12. 13. *ultra oppidum, intra oppidum.* et ſic V. C. *ulterior ripa* non eſt *remotior in longitudinem*, ſed *trans flumen*, et *ulterior Gallia, trans Alpes ſita.*

Haec hactenus, plura deinceps. Tom. IV.



HERMANUS BOSSCHA
SOCIETATI
RHENO-TRAIECTINAE.
S. P. D.

Quod nuper dixit HUSCHKIUS, vir doctissimus, eam esse Propertii, e magno isto literarum naufragio vix servati conditionem, ut multorum medicorum opem implorare videatur, id vere dictum esse nemo negabit, qui quidem aliquam cum hoc Poëta familiaritatem contraxerit. Mihi quidem longe plura et graviora esse videntur Poëtae pessime affecti vitia, quam ut vel omnium medicorum coniuncta opera persanando illi sufficiat, nisi fortasse ex libris MSS. si qui alicubi lateant, nova subsidia afferantur. Quamquam enim nec nos novissimi Editoris, P. BURMANNI, V. Cl. eximiis in Propertium meritis vel minimum quidem detrahi velimus, haud scio tamen, an omnis iste Viri Cl. tam magnus labor et apparatus non magis eo valeat, ut quantum adhuc desideretur auxilii, inde intelligas, quam feliciter in persanando Poëta adhibitam curam tibi gratuleris. Enimvero cum is sit Propertius, in quo vel

minimum vitium residuum aegre feras, ita qui ex innumeris, quibus adhuc laborat, unum tamen atque alterum ei demat, is de literis elegantioribus bene meruisse dicatur: cuius adeo laudis me cupidum ingenue equidem profiteor. Itaque cum per ferias aestivas hoc anno rusticanti aliquid videretur suscipiendum, quod nec magnam librorum supellectilem posceret, et a gravioribus negotiis remissionem aliquam atque otium quaerenti nec nimiam animi intentionem postularet, et cum voluptate coniunctam haberet utilitatem, praesertim mihi placuit ad Propertium diu neglectum reditus, cum ut animum, multis curis plus quam satis erat languefactum, iucunda Poëtae lectione reficerem, tum ut si quae olim inter legendum subnatae fuissent coniecturae, eas ex adversariis eruerem, et sub examen vocatas digererem; aut etiam si quas novas repetita lectio suppeteret, iis priores augerem, et ex omnibus selectas, quae maiorem probationis vim habere viderentur, eas deinde, tamquam debitam Societati Rheno-Traiectinae, cui nuper adscriptus eram socius, symbolam conferrem. Vobis adeo, Sodales Optimi! siquid dignum vestra Societate scriptione praestitisse visus fuero, erit quod mihi gratuler. Valete.

A. d. 26 Octobris ao CIↃIↃCCC.

SYM-

SYMBOLA CRITICA

IN

PROPERTIUM.

LIB. I. EL. 15. VS. 7.

Nec MINUS *Eois pectus radiare lapillis.*

Mirum, ni omnes elegantiae ſtudioſos offendat frigidum illud *nec minus*, quod tamen nemini interpretum videtur displicuisse. Equidem vix dubito, quin ſcripſerit Poëta:

Nec METUS *Eois pectus radiare lapillis.*

nec metus (eſt tibi), id eſt, *non metuis*; ut *pudor eſt* pro *pudet* I. 9. 33. et III. 11. 20. Sic egregie hoc diſtichon convenit cum praecedente:

Et potes heſternos manibus componere crines,
Et faciem longa quaerere deſidia.

nam *posse* et *non metuere* in ſimilibus ſolemnes

nes ſunt formulae, et permutari ſolitae. Ita Elegia proxime praecedente *vs.* 17.

Illa neque Arabium METUIT *tranſcendere limen.*

et mox *vs.* 19.

Nec TIMET *oſtrino, Tulle, ſubire toro.*

ſi cui autem durior videatur hac in formula ellipſis verbi ſubſtantivi, huic omnem ſcrupulum eximat Virgilii auctoritas: ſic enim ille *Aen. I.* 548.

NON METUS, *officio ne te certasſe priorem Poeniteat.*

IBID. VS. 29.

MUTA *prius vaſto labentur flumina ponto.*

Muta eſt ex ſententia MURETI, cum Codd. conſentiant in *multa.* Hoc autem ut corruptum esſe nec ipſe dubito, ita miror nemini in mentem venisſe emendationem cum facillimam, tum certisſimam:

NULLA *prius vaſto labentur flumina ponto.*

quam emendationem ſi exemplis firmare necesſe esſet, multa in eamdem ſententiam conquirere facile foret, ſed unus inſtar omnium ſit Virgilii locus *Aen. I. vs.* 607.

In

In freta dum fluvii current —— ——
Semper honos nomenque tuum laudesque manebunt.

EL. XVIII. VS. 17.

An quia parva damus mutato signa CALORE
Et non ulla meo clamat in ore fides?

In tractando hoc loco minime sibi ipse constat Cl BURMANNUS. Nam cum in notis iure damnet receptam a BROUKHUSIO lectionem *calore*, pro qua in aliis Codd. est *colore*, illum tamen ipse in textum recepit. Praeterea, postquam initio verba secundi versus *meo clamat in ore fides* male, ut equidem censeo, interpretatus erat *signa amoris manifesta pallore dat*, idem in sequentibus multo rectius: „ Verus, inquit, versus secundi sensus est: „ et quia non semper in ore habeo, et cum „ clamore praedico fidem meam". Eidem Burmanno displicuisse videtur epitheton *parva*, pro quo dubitanter pronunciat forte posse legi *rara*. Mihi quidem, siquid mutandum, placeret *parca*, quae levior certe sit mutatio. *Parca* autem signa recte dici possunt pro *rara*, *minus crebra*, sicut *parcius* pro *minus crebro* apud Horatium, *L. I. Od.* 25. *vs.* 1.

PARCIUS *iunctas quatiunt fenestras*
Ictibus crebris iuvenes protervi.

nec spernendam fortasse censebunt hanc coniecturam, si qui mecum in pentametro insuper

pro *non ulla* legere malint *non multa*. Et ſane, cum quidam Codd. habeant *nonnulla*, parum abeſt quin credam, veram lectionem fuiſſe *multa*, quod et alias cum *nulla* fuiſſe permutatum a librariis, ſatis patet ex certisſima noſtra emendatione, ſupra propoſita ad *El.* 15. *vs.* 29. Quid ergo ſi hoc modo locum refingamus?

An quia PARCA *domus mutato ſigna* COLORE,
Et non MULTA *meo clamat in ore fides?*

ut *non multa* ſit pro *non multum*, *non ſaepe*, *non continuo*.

El. XIX. vs. 9.

Sed cupidus falſis attingere gaudia palmis,
Theſſalis antiquam venerat umbra domum.

Vix convenire Burmanno videbantur *cupidus* et *Theſſalis umbra*; et vero peſſime coniunguntur; nam *cupidus* referendum ad praecedentia *Phylacides heros*. Ille igitur cupidus

Falſis attingere gaudia palmis,

iam umbra, ſive in umbram mutatus, venerat domum antiquam; quae certe ſtructura multo eſt ſimplicior, quam ſi cum Burmanno asſumas *cupido*, tamquam ablativum abſolutum, qui huic loco, ſi quid video, parum convenit. Ceterum per *domum antiquam* multo

to rectius *Laodamiae domum* intelligit BURMANNUS, quam idem legendum proponit *ad Stygiam domum*. Intempestivam autem eruditionem promit JACOBS in Epistola ad FRID. A..TIUM, huius Observationibus in Propertii carmina praefixa, qui pro *antiquam* legendum proponit *affectam*, ideo quod domus Laodamiae non modo non antiqua, sed ne perfecta quidem esset, unde Poëta Graecus eam ἡμιτελῆ δόμον vocat in versu, quem expressisse illi videtur Propertius: quasi vero de vetustate domus aut novitate hoc loco quaestio esset, et non simpliciter *antiquam* domum dixisset Poëta, pro *eam domum, quam olim habitaverat Protesilaus*. Quo sensu *antiquus* frequentari quis ignorat? vid. Virg. *Aen. II.* 137. Alias, nisi in vulgata esset acquiescendum, ad firmandam JACOBSII coniecturam afferri posset aliorum etiam, tamquam Luciani, quin ipsius Homeri auctoritas, quibus tamen ἡμιτελὴς δόμος Protesilai non tam de ipsis aedibus, quam de nuptiis inchoatis tantum et imperfectis positum esse doctioribus videtur. Vid. DOERING *ad Catul. carm.* 68. *vs.* 75.

IBID. VS. 19.

Quae tu viva mea possis sentire favilla,
Tum mihi non ullo mors sit amara loco.

Nondum inspexeram ELDIKII coniecturam, in addendis ad hunc locum a BURMANNO communicatam, cum mihi de loco pene conclamato audaciori manu sanando cogitanti

eadem fere, quae illi, ſeſe offerret coniectura, niſi quod initio verſus pro *quum tu*, quod placebat ELDIKIO, legendum videretur *quae ſi*. Itaque ſic locum ipſe conſtitueram.

Quae ſi viva meam posſis ſepelire favillam,
Tum mihi non ullo mors ſit amara loco.

Hoc quidem, ni fallor, aptiori vinculo hoc diſtichon cum praecedente erit coniunctum, et admisſa hac emendatione, cuius laudem, ſi qua eſt, lubens equidem ex parte cedo, totius loci ſenſus ſatis erit planus et expeditus. ASTIUS hoc modo locum tentavit:

Quae ſi, vita, mea posſis miſcere favilla.

Utra ſit praeferenda coniectura, aliorum eſto iudicium.

LIB. II. El. I. vs. 45.

Laus in amore mori: laus altera, ſi datur UNO
Posſe frui. fruar o ſolus amore meo.

Haec lectio ſi retineatur, haud equidem video, quomodo ultima huius diſtichi verba cum proxime antecedentibus cohaereant: quae tamen, niſi cum his cohaereant, vix ullum mihi ſenſum habere videntur. Itaque cum optet Poëta, ſolus ut amore ſuo fruatur, necesſe eſt, antecedentibus hanc inesſe ſententiam, ut, cum prima laus ſit in amore mori, huic proxima ſit laus, ſi quis ſolus amore

re

re ſuo fruatur, excluſis rivalibus, id quod firmatur *vs.* 51. et 52. ubi indicat, non esſe quod metuat, ut ſolus Cynthia ſua fruatur, quippe quae leves puellas ipſa culpare ſoleat. Itaque diſtichon intermedium, a Scaligero intruſum, loco movendum cenſeo; pro eo autem, quod nunc legitur:

Si datur uno
Posſe frui.

legendum esſe vel *uni*, vel potius *unum*, quod cum antiquitus ſcriberetur *unom*, aut per compendium *unō*, inde ortum exiſtimo vulgatam lectionem *uno*. Hac recepta emendatione optime ſic omnia cohaerebunt: *laus in amore mori; altera laus, unum, id eſt, ſolum posſe frui;* cuius laudis cupidisſimus Poëta in hoc votum erumpit:

Fruar o ſolus amore meo.

hoc iam votum ratum fore auguratur ex ipſius Cynthiae celebrata fide, ut quae *leves puellas culpare ſoleat:*

El. IV, vs. 4.

Et nobis Aquilo, *Cynthia. ventus erit.*

Merito exagitat Burmannus inutiles, ne dicam, ridiculos conatus doctorum virorum, pro Aquilone, cuius hic nullae partes, pugnan-

gnantium, idemque optime perſpexit, mentem Poëtae quem adeo ſcripſiſſe opinatur:

Et nobis ALIO, *Cynthia*, *ventus erit.*

ſed ut hanc Poëtae mentem reddamus, ne iſta quidem vocis immutatione opus eſt, cum ſola literarum tranſpoſitio ſufficiat, ita ut pro *aquilo* legamus *aliquo*, ſicut enim *aliquid* ſaepius dicitur pro *aliud quid*, de quo uſu vid. ERNESTI *ad Tacit. A. I.* 4. et RUHNKEN. ad *Vell. Pat. I.* 17. et apud ipſum Propertium hoc libro *El.* 22. *vs.* 14. *neſcio quas* ponitur, pro *neſcio quas alias*:

Haec te non meritam totas exſpectat in horas:
At tu neſcio quas *quaeris*, *inepte*, *fores.*

ita *aliquo* pro *in alium quem locum* dicitur a Bruto in epiſtola ad Ciceronem, *ad Div.* *XI.* 1. *Migrandum Rhodum*, *aut* ALIQUO *terrarum arbitror.* Inaudita vero prorſus audacia JACOBS aliam hic Poëtae mentem obtrudere conatur, propoſita hac coniectura:

Nobis Archilochi, *Cynthia*, *virus erit.*

nec melius ASTIUS *Obſervat.* p. 23.

Nec votis Aquilo, *Cynthia*, *iniquus erit.*

totus enim orationis contextus nos docet, minari Poëtam, ſe ob perfidiam dominae alio

alio translaturum esse amorem suum, unde statim subiungit:

Inveniam tamen e multis fallacibus unam.

ubi *tamen* idem est ac *saltem*, quod nec BURMANNUS nec DOUZA videntur intellexisse.

EL. V. VS. 1.

Non ita complebant Ephyreae Laidos aedes,
Ad cuius iacuit Graecia tota pedes.

&c. Ad hunc locum ita BURMANNUS „ non „ video", inquit, „ quomodo initium huius „ Elegiae cum illis, quae sequuntur, *Quin* „ *etiam falsos* cet. recte cohaereat; deberet „ enim subiungi: *quam tuas aedes obsident* „ *amatorum examina*. Vel similia". Itaque ferre non potuit Vir Cl. alterum comparationis membrum desiderari. Quae legens mirabar, Viro in Poëtis antiquis versatissimo non animadversum fuisse, hos Poëtas delectari nonnunquam istiusmodi comparationibus, in quibus alterutrum membrum tacite intelligatur. Mihi quidem statim in mentem venit Ovidii locus ex epistola Didonis ad Aeneam, quae ab simili plane comparandi ratione incipit:

Sic, ubi fata vocant, udis abiectus in herbis,
Ad vada Maeandri concinit albus olor.

ubi adeo ex BURMANNI sententia pariter subiun-

iungi debuisſet: *ſicut ego nunc te, o Aenea, extremum flens alloquor*, aut ſimilia. Nihil igitur in Propertii loco deſiderari exiſtimo.

IBID. VS. 27.

Sed non immerito velavit aranea fanum.

BURMANNUS coniicit: *Sed nunc emeritum.* Sed nihil mutandum nobis videtur. *Non immerito* hic idem valet ac *ne miremur araneis fanum velari*; quia nimirum corruptis moribus Deorum cultus negligitur. Eo ſenſu adverbium *merito* ſaepius adhibet Noſter, tamquam *L. I. El. 9. vs. 7.*

Me dolor et lacrymae merito fecere peritum

ubi vulgatam recte defendit ASTIUS.

EL. X. VS. 45. et ſeqq.

Nam quo tam dubiae ſervetur ſpiritus horae?
Neſtoris eſt viſus post tria ſecla cinis.
Quis tam longaevae meminisſet fata ſenectae
Gallicus Iliacis miles in aggeribus?
Non ille Antilochi vidisſet corpus humati;
Diceret aut: O mors cur mihi ſera venis?

Corruptum non una parte hunc locum, nec niſi audaciori manu ſanandum, viri docti, vario modo tentantes, agnoſcunt. Et in ſecundo quidem diſticho prae ceteris probanda videtur BURMANNI coniectura:

Cui

Cui si tam longae minuisset fata senectae.

in quo si praeterea probari possit exemplis *Gallicum militem* recte dictum pro Troiano, quod mihi quidem nondum constat, hanc iam partem satis integram haberemus. Sed prioris distichi versum alterum,

Nestoris est visus post tria secla cinis.

minus sollicitos habuisse videtur interpretes, cum tamen, sicut nunc legitur, satis commodam verborum interpretationem non admittat. Unus D'ORVILLIUS tentavit:

Nestor et est factus post tria secla cinis.

in qua coniectura miror equidem BURMANNUM acquiescere, quasi vero sensus sit, Nestorem, quamvis longaevum, mortalitatis conditionem tamen non effugisse; quod contextui plane repugnat. Quin id potius indicare voluit Poëta, tanti non esse vitam, multis malis obnoxiam, ut nimis diu producatur: idque confirmat Nestoris exemplo, qui cum diutius, quam quisquam mortalium, vixisset, utique felicior fuisset, si ad Troiam ab hoste foret occisus, quando Antilochi mortem certe non luxisset. Mendum latere in voce *visus* vix dubito. Itaque cum in Codice antiquissimo, unde descripti sunt sequentes, totus hic locus parum clare expressus fuisse videatur, atque adeo ex librariorum ingenio partim suppleri debuerit, huic parti

ti non minus quam ceteris audaciori coniectura succurrere quid vetat? Pro *visus* adeo legendum opinor *positus*, quod sollemne esse in talibus, atque adeo aptissimum huic loco verbum quivis, credo, fatebitur. Prima fortasse Syllaba deleta erat, ut relinqueretur *situs*, quod cum metri legibus adversaretur, librarii supposuerunt *visus*.

El. XI. vs. 2.

Quum caderent MAGNAE *Laomedontis opes.*

Minus recte Marklandus hic praeferebat *magni*, probante, ut videtur, Burmanno: neque enim tam ad personam Laomedontis hic respicitur, quam ad opes, id est regnum Troianum, quas optimo iure *magnas* dixit Poëta.

Ibid. vs. 8.

Daedaleum LINO *quum duce rexit iter.*

Quid Heinsium moverit et Burmannum, ut pro *lino* legere mallent *filo*, equidem non intelligo. An putabant, *linum* non recte dici pro *filo* ex lino confecto? At eodem certe modo *lina* pro *retibus* posuit Virg. *Georg.* I. 142.

Pelagoque altus trahit humida lina.

et *tortum linum* pro fune Ovid. *Fast.* III. 587.

Dum-

Dumque parant torto subducere carbasa lino.

nec facile inducar, ut credam *filum* usitatius vocabulum, in *linum*, quod magis poëticum, a librariis esse mutatum. Itaque vulgatam omnino retinendam censeo.

El. XIII. vs. 29.

Adspice, quid donis Eriphyla invenit amaris.

Verbum *invenire* iure vindicavit Ruhnkenius, sed propter sequens *arserit*, omnino et hic requiri putem coniunctivum *invenerit*. Errorem ex errore hic fluxisse vix dubito. Ne multis, epitheton *amaris*, quod et Marklando, item Livineio et Guyeto non satis placuisse videtur, corruptum esse credo ex *aureis*. Donum enim illud non ab initio amatum erat Eriphylae, sed vehementer cupitum, cum amarum eventus demum reddiderit. Proprium adeo dono epitheton, cuius causa tam avide peteretur, erat *aureum*, quod ut Poëtae restituamus, ipse nos monere videtur *L. III. el.* 11. *vs.* 57.

Tu quoque ut auratos gereres, Eriphyla, lacertos.

Itaque sic locum refingamus:

Adspice, quid donis Eriphyla INVENERIT AUREIS.

El. XIV. vs. 33.

De me, mi certè poteris formosa videri.

Universi loci sensus postulat, ut pro *certè* legamus *per te*, quod cuivis ad ea, quae praecedunt, attendenti, patebit. Pulchre, ni fallor, huc facit alius Nostri locus *El.* 22. *vs.* 30.

Heu quantum PER SE *candida forma valet.*

El. XVII. vs. 17.

Nunc quoque, qui RESTET, *iam pridem quaeritur alter.*

Excerpta Scaligeri habent *praestet*, quod ut minime genuinum censeo, ita inde facile eliciendа mihi videtur vera lectio *perstet*. Sensus enim est: „ alter iam quaeritur, qui „ non, ut prior ille amans, te deserat, sed „ constans sit in amore."

El. XVIII. vs. 13.

Quaeris, Demophoon, cur sim tam mollis IN OMNES?
Quod quaeris, quare non habet ULLUS *amor?*

Omnino veram censeo alteram lectionem, quam quidam Codd. offerunt: *cur sim tam mollis et amens?* qua manente, si praeterea recipias optimam Marklandi emendationem *unus amor*, haud equidem video, quid obscurita-

ritatis superfit. Roganti quippe Demophoonti, cur tam mollis et amens esset Propertius, ipse respondet per aliam quaestionem, quae argumenti instar esset, et cuius hic est sensus: „ eodem iure quaeri potest, cur „ et aliis rebus, quam amore, homines ita „ molles reddantur et amentes;" id quod statim Gallorum sacerdotum exemplo confirmatur. Aliter HUSCHKIUS, quem vide in *Epist. Crit.* p 52.

EL. XXII. vs. 35.

Adparent NON ULLA *toro vestigia presso.*

Legendum puto *en nulla*, quod corruptum in *nonnulla*, ut est in quibusdam Codd. Firmatur haec coniectura disticho sequenti:

ADSPICE, *ut in toto* cet.

LIB. III. EL. 3. VS. 15.

Inque sinu carae nixus spectare puellae
Incipiam, et titulis oppida capta legam.

Assentior HEINSIO et BURMANNO, qui post verbum *spectare* aliquid desiderant, quo referatur. Neutrius tamen probo rationem, qua loco, ut videtur quidem affecto, mederi tentarunt. Propius, Poëtae mentem assecutus est Eruditissimus STERKE, qui in Actis Literariis huius Societatis Tomo I. p. 167. legendum coniiciebat:

Inque sinu carae VINCTOS *spectare puellae*
Incipiam.

et vero captos hostes ac vinctos Poëtae animo obversatos fuisse, nullus equidem dubito; *nixus* autem non ex *vinctos* corruptum puto, sed ex *nexos*, sicut contra *nixa* corruptum in *nexa* *L. I. El.* 16. *vs.* 33. ubi vid. BURMANN. Quinimo frequenter has voces confundi, ostendit DRAKENB. ad SILIUM *L. III. vs.* 33. *Nexos* autem pro vinctis, praeter LIVIUM, etiam posuit JUSTINUS, *L. XXI. C.* 1.

T A N T U M.



GER-

GERBRANDI BRUINING

TRACTATUS

DE

GRAECORUM

ALIORUMQUE

POPULORUM

ORIGINIBUS,

EARUMQUE

ANTERIORE

TERMINO

CATACLYSMO.

„ Incerta sint licet, et obscura pleraque, quae de
„ primis orbis conditi saeculis a profanis traduntur
„ Scriptoribus, praecipua tamen eorum capita, e fabu-
„ losis rerum ipsarum circumstantiis eruta, et protracta,
„ vera haud dubie sunt, neque abjicienda prorsus.
„ Quin immo, si cura modo, et judicium, quod dis-
„ cernere valeat, quid distent aera lupinis, Historica
„ Fabulosis, adhibeatur, saepe ex ista caligine liquidam
„ effulgere videas lucem. Arduam illam quidem inven-
„ tu, atque indagatu: sed tanto gloriosiorem, immo
„ vero utilissimam, et dignissimam, quae diligenter in-
„ vestigetur, atque orbis eruditi oculis exponatur.

PERIZONIUS.

Orig. Babyl. Prooemio.

SYLLABUS

PARAGRAPHORUM.

In *EXORDIO Terminus harum* Originum *constituitur Cataclysmus.*

§ I. *Mousoni maris Indici causae, cur id mare maximam partem anni, et speciatim mense Majo, prae reliquo turgeat Oceano.*

§ II. *Antiquior narratio de Diluvio ejus initium adstringit, aut patitur adstringi, mensi Majo, quo tumere solet Oceanus Indicus. Hujus autem tumor consuetus tempore Diluvii immensum quantum auctus per effectum Cometae tunc apparentis.*

§ III. *Omnibus Oceani fontibus Cataclysmi tempore apertis, magna pars continentis aquis succubuit. Aliae vero regiones tunc tostae per Cometam* Typhonis *nomine insignem.*

§ IV. *Phaëthon Diluvii tempore terram longe lateque incendens, ipse vero in Eridanum praecipitatus, effigies memorati Cometae.*

§ V. *Ad memoratum Cometam spectant tradita de Typhone cum Horo pugnante, et de Pythone Latonam vexante, sed tandem per Latonae filium Solem confosso.*

§ VI. Indorum *nomina insignes Aethiopes forsan per Cometam memoratum colore atro imbu-*

buti. Opiniones Philosophorum de ejusmodi calamitatibus statuto tempore redeuntibus. Iisdem vero superior Aegyptus nunquam vastata.

§ VII. *Solvuntur objectiones in supra dictam sententiam de Diluvio promtae ex Diluvii narratione Biblicâ, Gentiumque Genealogiâ Hebraicâ.*

§ VIII. *Recta ratio explicandi* Decimi Capitis Geneseos.

§ IX. *Gentes, quae* Genes. X. *inter Japetidas recensentur, Caucasi viciniam ab antiquo coluere.*

§ X. *Nomen* Ionum *in Oriente latiore sensu, quam inter Graecos, atque eâdem vi gavisum, quâ των Ἑλληνων nomen aliquando etiam adhibitum.*

§ XI. *Dodonaei,* Genes. X. 4. *nomine* Dodanim *designati, omnes comprehendunt Epirotas; sicuti Elidis nomen* Elisa *omnem complectitur Helladem; licet antiquiores Hellenes haud in Elide habitaverint, sed in Phtiotide.*

§ XII. *Glossema duplex in Aristotelis* Meteoris *obelo notatur.*

§ XIII. *Hellenum familiae tres e Phtiotide per omnem Helladem effusae.*

§ XIV. *Nomine* Tarsis *insignis urbs Hispaniae nec Phoenicum colonia, nec Graecorum, sed gentis, quae unâ cum Graecorum majoribus habitavit in Ciliciâ, ubi vestigia eorum, queis nomen* Cittim *obtingit,* Genes. X. 4.

§ XV. *Ad Ciliciae* κητειους *pertinet nomen* Cittim, Jes. XXIII. 1.

§ XVI. *Ad Cetidem Ciliciae spectant* regiones Cittim, Jerem. II. 10.

§ XVII.

§ XVII. *Nonnulla de Ciliciae Tarso, atque Hispaniae Tartesso.*

§ XVIII. *Josaphatum Ezeongebere naves Tartessicas, quae simul in Ophiram navigarent, compingere potuisse ostenditur.*

§ XIX. *Disquiritur, quomodo Hirami naves, unà cum Salomonis navibus, in Ophiram navigare potuerint.*

§ XX. *Excutiuntur fundamenta traditi de Tyro atque Arado in mari Rubro.*

§ XXI. *Nulla* Tyrus, *nullaque* Aradus, *sed* Tylus, *atque* Arathos, *aut* Aratia, *in mari Rubro obviae.*

§ XXII. *Ad Citiaeos in Cypro refertur* Jes. XXIII. 12.

§ XXIII. Jes. XXIII. 2. 3. *et* 10. *illustrantur.*

§ XXIV. *Glossemata*, Jes. XXIII. 4. 7 *et* 13. *obvia recensentur.*

§ XXV. *Nomen* Cittim, Daniel. XI. 30. *ad* κητειυς *Italicos respicit.*

§ XXVI. Regiones Cittim, Esech. XXVII. 6, *ad Italiam referuntur.*

§ XXVII. *Vestigia nominis* Cittim *in Macedoniâ.*

§ XXVIII. Tractus Cittim, Num. XXIV. 24. *designat Macedoniam.*

§ XXIX. *Notatur Glossema penes Herodotum, quo seductus Cl. Michaëlis Pelasgos in Graecâ versione* Genes. X. 2. *inter Japetidas recenseri fuit opinatus.*

§ XXX. *Pelasgorum antiquissimi Argivi, quorum coloni fuerunt Arcades, Spartani, atque Aegialenses.*

§ XXXI. *Ex Aegypto advenere Danai, Argivorum antiquissimi. Quae vero ante illorum adventum Argis accidisse feruntur, res Aegyptiacas sapiunt.*

§ XXXII. Inachi *nomen demonstrat, aliquam obtinuisse adfinitatem inter Argivorum majores, et Cananitas.*

§ XXXIII. *Danai adfines eorum, qui Graecis* Phoenices. *Orientalibus vero* Cananitae *appellabantur.*

§ XXXIV. Danai *avus* Neptunus *idem, qui* Chamus, *pater* Canaānis.

§ XXXV. Danai *pater* Belus *in Aegyptum concessisse legitur ex Arabiâ, unde* Phoenicis *pater* Agenor *in Phoenicen.*

§ XXXVI. *Sub* Agenore, *atque* Ogyge, *latent reges Amlakitarum.*

§ XXXVII. Danai *pater* Belus *reverâ nemo alius, quam Babylonis conditor Nimrodus.*

§ XXXVIII. *Res a Nimrodo gestae exponuntur, ejusdemque nomen explicatur.*

§ XXXIX. *Arabes illi, qui post Chaldaeos in Babyloniâ regnasse leguntur, fuere Nimrodi socii Cusaei.*

§ XL. *Euphrate Babyloniam inundante, Cusaei sese illinc trans Tigrin receperunt.*

§ XLI. *Phoenices res a Cusaeis et Belo in Babyloniâ gestas ad suam gentem transtulerunt.*

§ XLII. *Pastores ex Arabiâ irruperunt in* Regiones Misraim.

§ XLIII. *Inter Pastores, jam ante Abrahamum in Aegyptum irrumpentes, plures fuere Cananitae.*

§ XLIV.

§ XLIV. *Cananitarum, Arabumque, adfines fuerunt Pastores in Aegypto residui. Ceteri vero Aegyptii alius longe originis, et familia gentis Aethiopicae a Diluvio intactae.*

§ XLV. *Ad Arabum Aegyptiorumque adfinitatem explicandam nihil facit colonia ex Arabiâ in Aethiopiam deducta.*

§ XLVI. *E Pastoribus in Aegypto versantibus exorti Danai, et Nephtuchaei, utrique Neptunum venerantes.*

§ XLVII. *Sanchoniathonis tradita de Cabiris.*

§ XLVIII. *Cabiri Sacerdotes Danaorum, Nephtuchaeorum, Pastorumque in Palaestinam concedentium, et reliquorum Cananitarum.*

§ XLIX. *Cananitarum Coloni Solymi in Pisidiâ, Phoenices in Cariâ, Telchines in Rhodo, cui insulae, aeque ac Delo, Tyroque, nomen fuit* Asteriae.

§ L. *Milesii coloni Cretensium, Cretenses vero e Palaestinâ oriundi.*

§ LI. *Cretenses partim e Cananiticâ familiâ Ceretum, partim vero ex vicinis Philistaeis exorti.*

§ LII. Regio Capthor, *unde egressi Philistaei, haud designat Cyprum, sed partem Thebaidos, quae omni* Aegypto *nomen dedit.*

§ LIII. *Pastoribus in Palaestinam concedentibus, pars exercitus Aegyptiaci, adsumto nomine* Cassluchaeorum, *eodem tetendit, et partim Philistaeorum gentem condidit, partim ulterius profecta fuit.*

§ LIV. *Casluchaei in Ciliciam, Phrygiam, et Colchidem, divagati.*

§ LV. *Cecropem, in Cyprum, atque inde in Atticen, profectum, Philistaeum fuisse demonstratur. Adduntur nonnulla de rebus Atticis, atque oraculo Jovis Pelasgici a Philistaeis condito.*

§ LVI. *Phoenicum propago Corybantes, Idaei Dactyli, et Pelasgi, in Phrygiâ, in Thraciâ vero alii Pelasgi sacris Cabiraeis operati.*

§ LVII. Cadmus *Cananita, et Troglodyta, sicuti plures ex antiquioribus Cananitis.*

§ LVIII. *Disquiritur, num Lacedaemon a Cadmi sociis condita fuerit. Observaturque, eos Herculis et Bacchi cultum secum in Graeciam attulisse.*

§ LIX. *Socii Cadmi Thebas advexere Venerem, atque orgia Cabirorum; qui nonnullos e suis Eleusinem miserunt.*

§ LX. *Aegyptiaci generis homines, unâ cum Danais in Graeciam profecti, Argos advexerunt orgia Cereris, et Bacchi; quae inde in Achaiam propagata fuere, ad Cadmi vero socios aliâ longe viâ, a Pastoribus, talia in Aegypto edoctis, pervenere.*

§ LXI. *Ultima origo litterarum Cadmearum, Atque earundem numerus.*

§ LXII. *Ulteriora quaedam observata de litteris Cadmeis.*

§ LXIII. *Origines Phoenicum, et speciatim Sidoniorum.*

§ LXIV. *In Tyriam rupem se recipiunt Sidonii, Sidonemque redeunt, tandem vero condunt urbem Tyrum.*

GRAE-

GRAECORUM ALIORUMQUE POPULORUM ORIGINES, ETC.

EXORDIUM.

Terminus harum Originum *constituitur Cataclysmus.*

Varro, apud Censorinum, *de die natali*, *cap.* 21.; ,., tria discrimina temporum esse ,,, tradit. Primum ab hominum principio ,,, ad Cataclysmum priorem; quod propter ,,, ignorantiam vocatur ἄδηλον. Secundum a ,,, Cataclysmo priore ad Olympiadem pri- ,,, mam; quod, quia in eo multa fabulosa ,,, referuntur, μυθικὸν nominatur. Tertium a ,,, primâ Olympiade ad nos; quod dicitur ,,, Ἱστορικὸν, quia res in eo gestae veris histo- ,,, riis continentur."

Jam tractandae Origines nos non tantum ultra limites tertii ducunt intervalli, verum etiam a primo istoc tempore abstinebimus, quod, secundum Censorinum ,,,, sive habuit ,,,, ini-

„„„ initium, five femper fuit, certe quot anno-
„„„ rum fit non poteft comprehendi.'" Ab illo Cataclyfmo nobis erit ordiendum, qui rerum ante geftarum memoriam tantum non penitus abolevit; quique, a Cenforino quidem *prior*, et mox *Ogygius*, fuit appellatus, ut a Cataclyfmis, quibus Deucalion et Phoroneus nomen dedere, difcerneretur; qui vero, nobis arbitris, unâ cum Cataclyfmis, ad infigne illud pertinet Diluvium, cujus in facris Hebraeorum litteris fit mentio.

Scilicet, in *Proöemio Disfertatiunculae, de Verborum Latinorum conjugatione ab omnibus fere Anomalorum tricis vindicanda, et fecundum Analogiae regulas ad unam unice normam exigendâ*, obfervavimus, populos, qui originem ab hominibus ex iftoc Diluvio fuperftitibus derivarunt, id Diluvium facile in fuam cujusque regionem pertrahere potuisfe, quum fefe αὐτοχθόνας esfe, fuamque gentem ibidem, ubi ipfi degerent, primum enatam esfe crederent, eodemque omnia, quae majoribus accidisfe meminerant, atque illa quoque, conferrent, quae reverâ alibi, antequam ipforum majores ad fedes ab ipfis dein occupatas pervenirent, locum habuerant.

Hâc obfervatione, quâ nobis hoc in tractatu faepius utendum erit, adhibitâ, cenfemus, unum idemque esfe Diluvium, ex quo Hebraei Noachum, Sinenfes Yaum, Asfyrii Sifithrum, Hierapolitani, fecundum Lucianum, *de Dea Syriâ*, Deucalionem Scytham, Phryges Dardanum, Siculi, fecundum Hyginum, *Fab.* 153. Deucalionem in montem Aetnam fu-

fugientem, Argivi Phoroneum, Thessali Deucalionem Phtiotidis regem, Thebani Ogygem, alii vero alios, incolumes evasisse tradiderunt.

Ab hocce jam πολυθρυλλήτῳ Diluvio magnam partem pendent antiquae commigrationes gentium, quae praecipuam hujusce tractatus materiem facient. Quam ob rem ante omnia in illud Diluvium est inquirendum.

§ I.

Moussoni maris Indici causae, cur id mare maximam partem anni, et speciatim mense Majo, prae reliquo turgeat Oceano.

Heic loci Diluvii naturam exponere adgredientibus perquam opportuna sunt ea, quae Clarissimus De Saint Pierre, in Gallice ductis *Primis Naturae lineis. Tom. I. Sect. IV.* et porro in *Appendice*, de maris fluxu et refluxu, commentatus est, quaeque idem Philosophus ibidem de ipso Diluvio disseruit. In nonnullis quidem rem acu minime tetigit; sicuti jam in *Notâ* ad Belgicum tractatum *de ortu imperii Assyriaci, pag.* 141. monuimus. Id vero haud impedit, quo minus Philosophi istius Theoria, quoad rei nucleum, verissima, et Cataclysmi caussis eruendis sit utilissima. Quam ob rem quidquid ex ipsius Observatis nos ad explicandas Cataclysmi caussas ducit, evitatis erroribus, quos diximus, et nonnullis ad inventa Viri summi adje-

jectis, in hujuscemodi redigimus compendium.

Eodem anni tempore, quo in nostro hocce Hemisphaerio hyems et gelu grassantur, immensa moles glaciei quae sub Polo Antarctico reperitur, aestatis calore liquefacta, hodie hunc, cras alium aquarum torrentem quaquaversum effundit. Tertia fere pars aquae ab istoc Polo diffluentis in Oceanum Pacificum dilabitur ad Polum tendens Arcticum. Quum vero illuc haud satis pateat aditus, aqua illa tantum non omnis cursum flectit versus occidentem; quo Sol et Luna eam secundum Newtonianorum placita attrahunt. Haec itaque pars aquae a Polo Antarctico diffluentis sese jungit isti parti, quae rectâ versus mare Indicum tendit, quae vero illic ab oris Australibus Asiae Africaeque repulsa, pariter versus Occidentem discurrit, atque illuc per aquam e mari Pacifico illuc divertentem truditur, immo unâ cum istâc aquâ per Solem et Lunam versus Occidentem trahitur.

En causas Phaenomeni in Oceano Indico obvii, quod *Moussoni Orientalis* nomine venire adsolet. Interim *Moussonus* ille, venia sit voci, promontorium Bonae spei superans, sese jungit isti parti aquae a Polo Antarctico diffluentis, quae per viam inter istud promontorium atque Australe Americae litus patulam dilabitur. Omnis illa moles aquarum conjunctim versus Aequatorem tendit. Atque heri exortus torrens illuc truditur a torren-

rente, qui hodie exoriens alterius istius tergo inhaeret. Immo uterque illuc a Sole et Luna trahitur. Ab Aequatore vero versus Arcticum Polum descendit praeruptus aquae mons; quoniam via versus Polum Antarcticum istoc anni tempore, de quo loquimur, per novos torrentes, quotidie ab istoc Polo diffluentes, quasi obsepitur. Ad Arcticum tandem Polum appropinquans aqua per gelu, quod illic tunc grassatur, absorbetur.

Contra istoc anni tempore, quo nos aestate fruimur, et gelu in Hemisphaerio Australi saevit, Polus Antarcticus nullos amplius torrentes effundit, sed aquas vicinas absorbet, adeoque etiam longius dissitas aquas ad se pertrahit. Torrens igitur e glacie Poli Arctici, tunc per Solem liquefacta, exoriens, et versus Aequatorem tendens, illinc versus Austrum labitur. Ita tamen, ut partim rectâ per Oceanum Atlanticum ad Polum tendat oppositum, partim a Sole et Lunâ, Oceani aquas versus Aequatorem trahente, Orientem versus flectatur, adeoque Aurei litoris anfractus, et longius dissita Africae Asiaeque lambat litora, atque ejusmodi demum cursu, per mare Indicum, et Pacificum ad Polum Antarcticum perveniat.

Postremam illam partem torrentis a Polo Arctico effusi vulgus appellat, *Moussonum Occidentalem*. Qui *Moussonus* circa principium Maji, quo tempore Dampierius, a nostro Philosopho laudatus, ipsum exoriri tradit, aquis ad Polum Antarcticum diffluentibus, atque illic per gelu absorbendis, succe-

cedit, adeoque obstat, quo minus Oceani Indici altitudo deminuatur. Idcirco idem fere istoc in Oceano, saltem labente Majo, datur tumor aquarum, qui illic tempore *Moussoni Orientalis* obtinet. Hoc itaque tempore, atque adhuc diu postea, maris Indici superficies, sicuti Aristoteles, *Meteoror. Lib. I. cap. ult.* Strabo, *Lib. I. pag.* 36. *Lib. XVII. pag.* 804. Diodorus, *Lib. I. pag.* 20. et Plinius, *H. N. Lib VI. cap.* 28. adserunt, supra fundum inferioris Aegypti eminet, adeoque tantum, quantum jam in hisce *Actis. Tom. II. pag.* 157. sqq. diximus, prae reliquo turget Oceano.

Atque ista altitudo maris Indici nobis mox causas monstrabit Cataclysmi, alibi aliter, sed in *Originum Israëliticarum libro primo* bifariam enarrati.

§ II.

Antiquior narratio de Diluvio ejus initium adstringit, aut patitur adstringi, mensi Majo, quo tumere solet Oceanus Indicus. Hujus autem tumor consuetus tempore Diluvii immensum quantum auctus per effectum Cometae tunc apparentis.

In tractatu Belgico, de *Ezra*, *scriptore quinque priorum, et plerorumque aliorum, librorum Historicorum V. T. pag.* 57. *et* 59., variarum animadversionum, et praecipue Germanicae Eichhorni, *Introduct. in V. T.* § 418. *sqq.* vestigia prementes observavimus, in Gene-

neseos initio duas diversas relationes Diluvii occurrere, quae frustatim sibi invicem interserantur, sive quarum altera, quae vetusta satis esse videtur, per Ezram non tantum peculiari, et frustatim insertâ, relatione, verum etiam brevioribus interpolationibus, aucta sit. Huc referimus ea, quae *Genes. VI.* 15, 16. de fabricâ navis, quam vulgo *Arcam* vocamus, leguntur. Haec enim ejusdem procul dubio sunt auctoris, cujus ultima verba *cap. VII.* 16. *Et Jehovah post eum claudebat januam.* Atque ab eodem compilatore *Geneseos* derivamus *cap.* VII. 17. 19. primam partem *commatis* 20., et *comma* 23. Media itaque verba antiquioris relationis, quae sola nobis heic loci usui veniunt, tantummodo redeunt ad sequentia.

„, (*Genes. VII.* 11.) Sexcentesimo anno „, vitae Noachi, mense secundo, decimo „, septimo die hujus mensis; hoc ipso die „, diffiderunt se omnes fontes Oceani; et „, cataractae caeli sese aperuerunt. (12) „, Atque imber erat super terram, quadra- „, ginta dies, et quadraginta noctes. (13) „, Eodem ipso die in Arcam ingressus est „, Noachus, et Semus, Chamus, atque Japetus, „, filii Noachi, uxorque Noachi, et tres „, uxores filiorum ejus, cum ipso. (14) „, Illi, et quaevis bestia secundum speciem „, suam, et quodvis pecus, secundum spe- „, ciem suam, et quodvis reptile, reptans „, super terram, secundum speciem suam, „, et quaevis volucris, secundum speciem „, suam; quaevis volucris, quibusvis alis

„„ praedita. (15) Atque ex omni carne, „„ cui inerat ſpiritus vitalis, venerunt bina „„ animalia ad Noachum in Arcam. (16) „„ Quaeque venerunt, venerunt mas et fe- „„ mella, ex omni carne; ſicuti Deus ipſi „„ praeceperat. (18) Aquae vero invalue- „„ runt, et valde multiplicatae fuerunt ſuper „„ terram. Atque Arca iis coepit innata- „„ re. (20) Et montes coöperti fuerunt. „„ (21) Atque exſpiravit omnis caro, quae „„ ſeſe movebat ſuper terram, inde a volu- „„ cribus, et pecore, et beſtiis, et reptili- „„ bus, ſuper terram reptantibus, uſque ad „„ omnes homines. (22) Quidquid in nari- „„ bus habebat, halitum ſpiritus vitalis, ex „„ omnibus, quae in ſicco degebant, exſtin- „„ ctum fuit. (24) Praevaluerunt autem „„ aquae ſuper terram centum quinquaginta „„ diebus".

Si jam in principio verborum citatorum annos praeciſe a primo die vitae Noachi re- putari ſtatuas, initium *anni ſexcenteſimi vitae Noachi*, adeoque etiam initium Diluvii, ad quamcumque velis anni partem referre po- teris. Si vero *annum ſexcenteſimum vitae Noachi* habeas pro anno civili, quo labente Noachus ad ſexcentorum annorum aetatem pervenerit, primus menſis iſtius anni haben- dus pro menſe Niſan, qui apud Hebraeos, eorumque majores, civilis anni primordium; quod Cl. Vriemoet, *Obſ. Miſcell. Lib. I. cap.* 12. ſolidisſimis demonſtravit argumen- tis. Ille jam menſis Niſan fere incipiebat circa vernum aequinoctium. Igitur, ſecun- dum

dum posteriorem expositionem verborum citatorum, *decimus septimus dies mensis secundi*, quo ipso die Diluvium fuit exortum, principio aut medio nostri Maji respondet. Si vero priorem illorum verborum expositionem adripias, nihilo minus initium Diluvii ad eandem anni partem referre poteris.

Interim, initio Diluvii ad mensem Majum restricto, facilis ad ejusdem causas adscensus ex altitudine maris Indici, de quâ diximus. Eam nempe anno, quo Diluvium obtigit, immensum quantum crevisse oportet, si istoc anno, labente mense Majo, quo *Moussoni* alioquin permutantur, non tantum nullam e mari Indico aquam ad se pertraxit glacies Poli Antarctici, verum e contrario ipsa penitus diffluxit, et torrens violentus inde exortus per torrentem eodem tempore a Polo Arctico effusum, ab Oceano Atlantico prohibitus, omnem omnino vim in Asiae litus Australe vertit, quod ipsum, nobis arbitris, Diluvii tempore accidit.

Tunc Sol, in Hemisphaerio septemtrionali versatus, Poli Arctici glaciem liquefaciebat. Sed eodem temporis articulo glacies Poli Antarctici, atque id quidem multo vehementius, quam Polorum glacies vicissim solet liquefieri, immo forsan penitus, dissolvebatur per illum fervidissimum Cometam, quem Whistonus, in *Nova Theoriâ Telluris*, Anglice conscripta, *pag.* 188. *sqq.* perperam pro fonte diuturnae pluviae habuit, quae vero nihilo minus certo certius pro causâ effectrice Diluvii habenda est. Quippe quam

post annum 1680., quo ultimâ vice apparuit, calculis Astronomicis compertum fuerit, eandem per 575 annorum intervalla apparere, eandemque adeo etiam apparuisse, anno 2345. ante aeram Christianam, quo fere tempore Diluvium accidisse creditur.

§ III.

Omnibus Oceani fontibus Cataclysmi tempopore apertis, magna pars Continentis aquis succubuit. Aliae vero regiones tunc tostae per Cometam Typhonis *nomine insignem.*

Supradictis fontibus Diluvii accensemus glaciem nivemque montanam per omnem terrarum orbem a memorato Cometâ, suum calorem hocce in Hemisphaerio calori Solis jungente, oppositum vero Hemisphaerium penitus torrente, liquefactam, atque in Oceani supplementum diffluentem. Quo, haud secus atque ad utriusque Poli glaciem dissolutam, spectant media verba *Genes. VII.* 11. Haec enim verba, sicuti supra jam fecimus, vertenda sunt: *diffiderunt sese omnes fontes OCEANI.*

Scilicet voces תהום רבה illic haud magis *Abyssum magnam* indicant, quam *Jes.* LI. 10. Hic vero locus procul dubio pertinet eodem, quo *Jes. LXIII.* 13. atque *Exod.* XV. 5. ubi plurali תהומת designantur sinus Arabici *fluctus*, qui cesserunt Israëlitis, Aegyptios vero obruerunt. Hanc ob rem Alexandrini in loco *Exodi* jam de πόντῳ cogitarunt; li-

licet illic in altero membro occurrat *βαθος*, atque ipsi alibi pro תהום scripserint *ἀβυσσος*, etiamsi in membris parallelis obvium haberent *ὑδωρ*, et similia. Ut paucis dicamus, תהוםה *unda*, *fluctus*. Atque idem usus vocis תהום, *Psalm XLII.* 8. cujus versus initium Frater charissimus nos docuit interpretari; *fluctus fluctum pellit, unda protrudit undam.* Porro idem vocabulum, *Genes.* I. 2. parallelum sequenti מים; eademque vox, *Job XXVIII.* 14., parallela voci ים; ac tandem תהום רבה *Jes. LI.* 10. *Genes. VII.* 11. atque alibi, *magna congeries undarum*, *mare*, *Oceanus.*

Cunctis jam fontibus Oceani simul apertis, ipsum talem in modum intumuisse oportet, ut flatu Austri vehementiore, atque imbre continuo quadraginta dierum, adjuvante; Australem oram Asiae prorsus operiret, per illam oram in mare Mediterraneum excurreret, atque omnes quoque ad hoc mare terras longe lateque vastaret, immo circum continentem totam, et vel in Boreali orbis plagâ, ubi aqua a Polo Arctico diffluens coacervabatur, horrendum in modum saeviret, homines pecudesque exstingueret, atque aeterna monumenta tumoris infesti erigeret.

Tali fere modo comparatum fuisse Diluvium vel ex nonnullis multiplicium illarum traditionum de prisci orbis eversione, quae nobis praesto sunt, intelligimus. Nam inter plerasque ex antiquis gentibus aliqua, etsi fere mutila, et fabulis inquinata, relatio istius eversionis propagata fuit. Atque heic illic ejus memoria Hieroglyphicis narrationibus

bus involvebatur, ejusque causae ope Prosopopoïiae commutabantur in speciem *Gigantum*, qui rerum naturae atque ordini inimici, et Deos hostiliter fuissent adorti.

In Europae regione maxime Boreali, ubi dissolutio glaciei Polaris hominibus tantum non erat ob oculos, sequens conservata fuit narratio de Gigante quodam, nomine *Imer*, qui, secundum Gallice conscriptam Malleti *Introductionem in Historiam Daniae*, *Tom. II. pag.* 69., e glacie efformatus. cujusque posteri ideo *Gigantes gelu* appellati fuissent. De istoc Gigante idem Malletus, *Tom. I. pag.* 93. ,,, Filii Bor, sive Dii, Gigantem Imer ,,, obtruncarunt. Et sanguis ex ejus vul- ,,, neribus tantâ fluxit copiâ, ut inundatio- ,,, nem universalem excitaverit, quâ omnes ,,, Gigantes periere, excepto uno, qui, se- ,,, se in navem conjiciens, unâ cum omni ,,, familiâ evasit, incolumis. Tunc novus ,,, sese efformavit mundus'".

Ab alterâ parte Aegyptii, sicuti ex Ovidio, *Metamorph Lib. V. vers.* 321. *sqq.* intelligimus, Gigantem Typhoëa cum Diis pugnasse narrabant. Atque arbitratus quidem fuit Jablonskius, *Panth. Aegypt. Part. III. Lib. V. pag.* 41. *sqq.* ex Heliodo, aliisque, concludendum esse, illum Typhoëa a famosissimo Typhone Aegyptiaco diversum fuisse, Verum enim vero, si dictam narrationem compares cum eo, quod Plutarchus, *de Iside atque Osiride*, *Opp. Ed. Reg. Tom. II. pag.* 379. atque Antoninus Liberalis, *Metamorph. Fab.* 28. ex Aegyptiorum traditis ad-

adferunt. Deos se prae Typhonis metu in animalia commutasse; si porro animadvertas, quam exacte dicta Ovidii, *l. l. vs.* 346. *sqq.* cum eo conveniant, quod Liberalis idem, aut Hyginus, *Fab.* 152., de Typhone refert, nequâquam dubitare poteris, quin Typhon et Typhoëus pro uno eodemque Gigante habendi sint.

Interim ex Jablonskio, *l. l. pag.* 90. *sqq.* discimus, illum Gigantem pertinere ad ventum fervidum, cujus causam Aegyptii in igne quodam subterraneo sitam rebantur, quemque pro auctore terrae motuum habebant. Hujus observationis ope ex Aegyptiacis traditionibus de regno Typhonis concludimus, hocce temporis articulo ejusmodi ventum in Aethiopiâ, aliisque altioribus Africae regionibus, saeviisse, ejusdemque ardorem sensisse incolas Aegypti superioris. Illos porro Aegyptios, inter istunc ventum, et Cometam supradictum, caussam effectricem Diluvii, quendam nexum reperisse, intelligere videmur ex traditione apud Plinium, *H. N. Lib. II. cap.* 25. quae Typhone regnante Cometam apparuisse perhibet, cui itidem nomen *Typhonis* impositum fuerit. Dicitur enim ille Cometa Plinio stella „ dira, comperta Aethio„ pum, et Aegypti populis, cui nomen aevi „ ejus rex Typhon dedit, igneâ specie, ac „ spirae modo intorta, visu quoque tor„ vo, nec stella verius, quam igneus no„ dus."

bus involvebatur, ejusque caufae ope Profopopoiiae commutabantur in fpeciem *Gigantum*, qui rerum naturae atque ordini inimici, et Deos hoftiliter fuisfent adorti.

In Europae regione maxime Boreali, ubi disfolutio glaciei Polaris hominibus tantum non erat ob oculos, fequens confervata fuit narratio de Gigante quodam, nomine *Imer*, qui, fecundum Gallice confcriptam Malleti *Introductionem in Hiftoriam Daniae*, *Tom. II. pag.* 69., e glacie efformatus. cujusque pofteri ideo *Gigantes gelu* appellati fuisfent. De iftoc Gigante idem Malletus, *Tom. I. pag.* 93. ,,, Filii Bor, five Dii, Gigantem Imer ,,, obtruncarunt. Et fanguis ex ejus vul- ,,, neribus tantâ fluxit copiâ, ut inundatio- ,,, nem univerfalem excitaverit, quâ omnes ,,, Gigantes periere, excepto uno, qui, fe- ,,, fe in navem conjiciens, unâ cum omni ,,, familiâ evafit, incolumis. Tunc novus ,,, fefe efformavit mundus'".

Ab alterâ parte Aegyptii, ficuti ex Ovidio, *Metamorph Lib. V. verf.* 321. *fqq.* intelligimus, Gigantem Typhoëa cum Diis pugnasfe narrabant. Atque arbitratus quidem fuit Jablonskius, *Panth. Aegypt. Part. III. Lib. V. pag.* 41. *fqq.* ex Heliodo, aliisque, concludendum esfe, illum Typhoëa a famosisfimo Typhone Aegyptiaco diverfum fuisfe. Verum enim vero, fi dictam narrationem compares cum eo, quod Plutarchus, *de Ifide atque Ofiride*, *Opp. Ed. Reg. Tom. II. pag.* 379. atque Antoninus Liberalis, *Metamorph. Fab.* 28. ex Aegyptiorum traditis ad-

adferunt. Deos se prae Typhonis metu in animalia commutasse; si porro animadvertas, quam exacte dicta Ovidii, *l. l. vs.* 346. *sqq.* cum eo conveniant, quod Liberalis idem, aut Hyginus, *Fab.* 152., de Typhone refert, nequâquam dubitare poteris, quin Typhon et Typhoëus pro uno eodemque Gigante habendi sint.

Interim ex Jablonskio, *l. l. pag.* 90. *sqq.* discimus, illum Gigantem pertinere ad ventum fervidum, cujus causam Aegyptii in igne quodam subterraneo sitam rebantur, quemque pro auctore terrae motuum habebant. Hujus observationis ope ex Aegyptiacis traditionibus de regno Typhonis concludimus, hocce temporis articulo ejusmodi ventum in Aethiopiâ, allisque altioribus Africae regionibus, saeviisse, ejusdemque ardorem sensisse incolas Aegypti superioris. Illos porro Aegyptios, inter istunc ventum, et Cometam supradictum, caussam effectricem Diluvii, quendam nexum reperisse, intelligere videmur ex traditione apud Plinium, *H. N. Lib. II. cap.* 25. quae Typhone regnante Cometam apparuisse perhibet, cui itidem nomen *Typhonis* impositum fuerit. Dicitur enim ille Cometa Plinio stella „ dira, comperta Aethio-
„ pum, et Aegypti populis, cui nomen aevi
„ ejus rex Typhon dedit, igneâ specie, ac
„ spirae modo intorta, visu quoque tor-
„ vo, nec stella verius, quam igneus no-
„ dus."

§ IV.

Phaëthon Diluvii tempore terram longe lateque incendens, ipse vero in Eridanum praecipitatus, effigies memorati Cometae.

Hyginus, *Fab.* 152. quâ Typhonis pugnam cum Jove exponit, pergit, „„ Phaë-
„„ thon, Solis et Clymenes, filius, quum
„„ clam patris currum confcendisſet, et al-
„„ tius a terrâ esſet elatus, prae timore
„„ decidit in flumen Eridanum. Hunc Jupi-
„„ ter quum fulmine percusſisſet, omnia ar-
„„ dere coeperunt. Jovis, ut omne genus
„„ mortalium cum cauſa interficeret, ſimu-
„„ lavit, ſe id velle exſtinguere. Amnes un-
„„ dique irrigavit. Omneque genus morta-
„„ lium interiit praeter Pyrrham et Deuca-
„„ lionem". Mox idem Hyginus, *Fab.* 153. de Pyrrha et Deucalione agit. At *Fab.* 154. rurſus de Phaëthonte Heſiodi, hunc in modum „„ Phaëthon, Clymeni, Solis filii, et
„„ Meropes Nymphae, filius, quam Ocea-
„„ nitidem accepimus, quum indicio patris
„„ avum Solem cognovisſet, impetratis cur-
„„ ribus male uſus eſt. Nam, quum esſet
„„ propius terram vectus, vicino igne omnia
„„ conflagrarunt."

Pariter fere incendium a Phaëthonte excitatum cum Diluvio conjungit Lucretius, *de rerum Naturâ*, *Lib. V.* vs. 390., ubi talibus.

„„ *Quum*

„„ *Quum semel in terra fuerit superan'ior ignis;*
„„ *Et semel, ut fama'st, humor regnarit in arvis.*
„„ *Ignis enim superavit, et ambens multa perussit*
„„ *Avia; quum Phaëthonta rapax vis Solis equorum*
„„ *Aethere raptavit toto, terrasque per omneis.*"¹

Porro Clemens Alexandrinus, *Strom. Lib.* I. *pag.* 335., illud incendium et Diluvium aeque connectit, atque Eusebius, qui in *Chron.* ad A. M. 3675. „„ Diluvium, quod sub Deu-„„ calione in Thessaliâ, et incendium, quod „„ sub Phaëthonte factum est." Quibus idem Eusebius mox subjungit „„ In Aethio-„„ piâ multae pestilentiae locales, ut Plato „„ meminit, fuere."

His tandem paria Orosius, in *Maestis Mundi, Lib. I. cap.* 9. secundum quem „„ aqua-„„ rum illuvies majorem partem populorum „„ Thessaliae absumsit, paucis per refugia „„ montium liberatis; maxime in monte Par-„„ nasso, in cujus circumitu Deucalion tunc „„ regno potiebatur, qui tunc ad se ratibus „„ confugientes suscepit, per gemina Parnas-„„ si juga fovit, aluitque. A quo propterea „„ genus humanum reparatum ferunt. Tunc „„ etiam in Aethiopiâ pestes plurimas, di-„„ rosque morbos, paene usque ad desola-„„ tionem, exaestuavisse, Plato testis est." Quorum morborum caussam, loco laudato penes Eusebium conspicuam, hisce verbis adfert Orosius, *cap.* 10. „„ His etiam tem-„„ poribus adeo jugis et gravis aestus incan-„„ duit, ut sol, per devia transvectus, uni-„„ versum orbem, non calore adfecisse, sed

„„ igne torruisse, dicatur, impressumque
„„ fervorem, et Aethiops plus solitum, et
„„ insolitum Scytha, non tulerit. Ex quo
„„ etiam quidam, dum non concedunt Deo
„„ ineffabilem potentiam suam, inanes ratiun-
„„ culas conquirentes, ridiculam Phaëthon-
„„ tis fabulam texuerunt."

Ex postremis hisce Orosii verbis intelligimus, fuisse, qui sub *igne avia ambente*, quum Phaëthon solis currum conscendisset, *solem per devia transvectum* latere opinati fuerint. Pariter Typhonem a nonnullis pro Sole habitum testatur Plutarchus, *l. l. pag.* 372. Nobis arbitris tam Phaëthon, quam Typhon, pro tali *fratre solis* habendus, qualis erat, *Apopis* ille, qui, secundum Plutarchum. *l. l. pag.* 365. *contra Jovem pugnasset.* Sub Typhone, Phaëthonte, et Apopi, latet procul dubio supradictus cometa. Atque Eridanus amnis, in quem Phaëthon cecidisset, procul dubio neutiquam in nostro terrarum orbe quaerendus.

Scilicet Hyginus, post verba laudata, *Fab.* 154. de Phaëthonte „„ fulmine ictus in flu-
„„ men Padum cecidit. Hic amnis a Graecis
„„ *Eridanus* vocatur. Quem Pherecydes pri-
„„ mus vocavit *Padum*." Ita enim supplendum esse jam vidit Munckerus, qui ad voces, *quem Pherecydes primus vocavit* „„ Re-
„„ pono, *Padum vocavit.* Scholiastes Ger-
„„ manici in Eridano. *Ab Arato et Phere-*
„„ *cyde Padus esse putatur.*" Interim Servius, *ad Aen. Lib. VI. vs.* 659. „„ Erida-
„„ num Aratus in coelo esse dixit haud lon-
„„ ge

„„ ge a Ceto."' Ipse Aratus, interprete Cicerone.

„„ *Namque etiam Eridanum cernes in parte locatum,*
„„ *Caeli funestam magnis cum viribus amnem.*
„„ *Quem lacrimis maestae Phaëthontis saepe sorores*
„„ *Sparserunt, letum maerenti voce canentes.*
„„ *Hunc Orionis sub laevâ cernere plantâ*
„„ *Serpentem poteris."'*

Atque hunc Eridanum in coelo porro descripsit Hyginus, *Poët. Astronom. Lib. II. cap.* 32. Intra hujusce sideris circumitum disparuit procul omni dubio supradictus cometa. Hanc ob rem Phaëthon a Jove fulmine in Eridanum deturbatus esse legitur.

§ V.

Ad memoratum Cometam spectant tradita de Typhone cum Horo pugnante, et de Pythone Latonam vexante, sed tandem per Latonae filium Solem confosso.

Sicuti Lucretius, mox a verbis adductis,

„„ *At pater omnipotens, irâ tunc percitus acri,*
„„ *Magnanimum Phaëthonta repenti fulminis ictu*
„„ *Deturbavit equis in terram, solque cadenti*
„„ *Obvius aeternam suscepit lampada mundi,*
„„ *Disjectosque redegit equos, junxitque trementeis*
„„ *Inde suum per iter recreavit cuncta gubernans."'*

Sicuti sol heic dicitur Phaëthontis locum occupasse, ita, secundum genuinam Aegyptiorum traditionem, Horus post Typhonem regnas-

gnasſet, et Typhonem vicisſet. De hocce jam Horo, teſte Plutarcho, *l. l. pag.* 375. „„ in *libris Hermeticis* adnotatum legebatur, „„ vim, quae lumen ſolare in Eclipticâ cir- „„ cumageret, *Horum* vocari.'" Aegyptiaca itaque traditio de Typhone per Horum victo, nobis arbitris, ſignificat, ſolem, a Tropico Cancri redeuntem, *Typhonis* nomine inſignem Cometam quaſi pepuliſſe.

Sol interim, ſecundum illam traditionem, filius Iſidis, ſeu terrae, quae antiquis πολυωνυμος, et mater omnium, immo, ſecundum Heſiodi *Theogon. vs.* 126. *ſqq.* vel iſtius mater 'Ουρανυ, qui mox ex ipſâ tot liberos genuisſet. Idem vero Sol, ne a Typhone corriperetur, occultatus, atque interim enutritus, per terram obrutam Diluvio, et ſub eodem quaſi latentem, Aegyptique ſuperioris incolis, per inferiorem Aegyptum jam ſiccatam verſus mare deſcendentibus, adhuc ob oculos verſantem, quum illic reperirent inſulam ſtagno coöpertam, et quaſi natantem. Quam ob rem juxta hanc inſulam culta fuit terra illa latens, Aegyptiace *Buto*, Graece Λητω, appellata; haec vero Latona Solem in iſtac inſulâ occultasſe ferebatur.

Id enim teſtatur Herodotus, *Lib. II. cap.* 156. talibus; Λογονδε τοιονδε ἐπιλεγοντες οἱ 'Αιγυπτιοι φασι ἐιναι ἀυτην πλωτην. Ὡς ἐν τῃ νησῳ ταυτῃ, ὀυκ ἐουσῃ προτερον πλωτῃ. Λητω — 'Απολλωνα, παρα 'Ισιος παρακαταθηκην δεξαμενη, διεσωσε κατακρυψασα ἐν τῃ νυν πλωτῃ λεγομενῃ νησῳ, ὁτε το παν διζημενος ὁ Τυφων ἐπηλθε, θελων ἐξαιρειν τυ 'Οσιριος τον παιδα; id eſt memoratum 'Απολλωνα.

Nam

Nam idem Herodotus, ſupra *cap.* 44. de regno Deorum in Aègypto, ὑςατον ἀυτης βασιλευσαι Ὡρον, τον Ὀσιριος παιδα, ὁν Ἀπολλωνα Ἑλληνες ὀνομαζυσι, τουτον καταπαυσαντα Τυφωνα βασιλευσαι ὑςατον Ἀιγυπτυ. Ὀσιρις δε ἐςι Διονυσος κατ᾽ Ἑλλαδα γλωσσαν. Hiſce adlata Herodoti verba de inſulâ natante, atque ea quoque illuſtrantur, quae iſtis verbis mox ſubjungit, Ἀπολλωνα δε, και Ἀρτεμιν, Διονυσυ, και Ισιος, λεγυσι ἐιναι παιδας. Λητω δε τροφον ἀυτοισι και σωτειραν γενεσθαι — την δε νησον δια τυτο γενεσθαι πλωτην.

Sicuti jam illa inſula natans juxta Butonis urbem inter Aegyptios perſonam agebat terrae ſub aquis Diluvii latentis, ita Deli incolae, quae de illâ terrâ compererant, ad ſuam contulerunt inſulam, mirificam ex iis concinnantes fabulam, quam in compendium redegit Hyginus, *Fab.* 53. ubi de Latonae ſorore, Aſteria. „, Ex eâ inſula enata eſt, quae *Ortygia* eſt appellata. Haec mobilis fuit. „, Quo poſtea Latona ab Aquilone vento „, delata eſt, juſſu Jovis, tunc quum eam „, Python perſequeretur.'" Quodſi interim cum hiſce contuleris ea, quae idem Hyginus, *Fab.* 140. de Pythone ſerpente, quaeque nos infra ulterius de iſtâc Aſteriâ, videbis, hanc reapſe haud differre a Latona, quae Graecis non tantum nutrix, verum etiam mater, Solis; hujus autem victoriam de Pythone ſerpente, ut paucis dicamus, deſumtam esſe ex victoriâ Hori de Typhone Cometa.

§ VI.

§ VI.

Indorum *nomine insignes Aethiopes forsan per Cometam memoratum atro colore imbuti. Opiniones Philosophorum de ejusmodi calamitatibus statuto tempore redeuntibus: Iisdem vero superior Aegyptus nunquam vastata.*

Ex traditionibus adlegatis concludimus, Cometam, sub Pythone, Typhone, Phaëthonte, atque Apopi, latentem, in Aethiopiâ, aliisque regionibus Africae, vehementem aestum excitasse, atque haud multo minus damni fecisse, quam Diluvium alibi. Immo haud omnino spernendum videtur traditum de Aethiopibus, quod Hyginus, post mentionem incendii a Phaëthonte excitati, talibus exhibet, *Fab.* 154. „„ Indi autem, quod „„ calore vicini ignis sanguis in atrum colorem „„ versus est, nigri sunt facti."

Illic enim Hyginus Aethiopes *Indorum* nomine appellare videtur. Eos saltem ita vocat Virgilius, *Georg. Lib. IV. vs.* 293. ubi Nilus dicitur, „„ Coloratus amnis devexus „„ ab *Indis*"; atque *Aen. Lib. VIII. vs.* 705. ubi de pugnâ Actiacâ, „„ omnis eo terrore „„ Aegyptus et *Indi.*" Porro secundum ipsum Hyginum, *Fab.* 275. condidit „„ Jovis „„ in *Indiâ* Thebas Thebaidos —— Liber in „„ *Indiâ* Ammonem." Heic enim idem fere usus nominis *Indiae*, quo venit *Indorum* nomen apud Virgilium; quem vero tum Munckerum, tum Schefferum, latuisse miramur;

si-

ſiquidem de eo jam diu ante Commentatus Turnebus, *Adverſ. Lib. XXI. cap.* 9.

Undecumque interim Indi illi ſuum nigrorem hauſerint; ſive Hyginus rem acu tetigerit, ſeu verior opinio Propertii, atque aliorum, quibus, ſicuti in hiſce *Actis*, *Tom.* II. *pag.* 138. obſervavimus, dicitur

„„ Uſtus, et Eoâ diſcolor Indus aquâ"

eâ de re quidquid ſtatuatur, priſcus orbis partim per igneum cometam aduſtus, partim aquâ fuit obrutus. Atque inter ſe comparatis diverſis de illâ calamitate traditionibus, Philoſophi ſtatuerunt, talia incendia et diluvia certo tempore, et ſtatutis vicibus, neceſſario accidere. Hanc ſententiam Seneca, *Quaeſt. Natur. Lib. III. cap.* 28. *in fine*, paucis hunc in modum exponit. „„ Aqua et „„ ignis terrenis dominantur. Ex his ortus, „„ et ex his interitus eſt. Ergo quandoque „„ placuere res novae mundo, ſic in nos ma„„ re emittitur deſuper, ut fervor ignis, „„ quum aliud exitii genus placuit."" Tempus definit Julius Firmicus, *Matheſ. Lib. III. cap.* 1. ubi „„ Trecentorum millium an„„ norum ſpatio major ἀποκατάστασις, hoc eſt „„ *redintegratio*, per ἐκπύρωσιν, aut per κατα„„ κλυσμὸν perficitur. His enim duobus gene„„ ribus ἀποκατάστασις fieri conſuevit. Nam„„ que exuſtionem Diluvium ſequitur etc."" Vid. porro Lipſius, *Phyſiolog. Stoic. Lib. II. Diſſert.* 21. et 22.

In-

Interim Macrobius, *in somnium Scipionis*, *Lib. II. cap.* 10. „, Nunquam tamen, sive
„, eluvio, sive exustio, omnes terras, aut
„, omne hominum genus, vel omnino ope-
„, rit, vel penitus exurit. Aegypto certe,
„, ut Plato in *Timaeo* fatetur, nunquam ni-
„, mietas humoris nocuit, vel caloris. Un-
„, de et infinita annorum millia in solis Aegyp-
„, tiorum monumentis librisque releguntur.
„, Certae igitur terrarum partes, internecio-
„, ni superstites, seminarium instaurando ge-
„, neri humano fiunt. Atque ita contingit,
„, ut, non rudi mundo, rudes homines, et
„, cultus inscii, cujus memoriam intercipit,
„, interitus, in terris oberrent, et asperita-
„, tem paulatim vagae feritatis exuti, con-
„, ciliabula, et coetus, naturâ instruente,
„, patiantur."

Hujusce conditionis homines fuerunt majores Graecorum, aliorumque Asiae Europaeque populorum, qui multis a Diluvio saeculis adhuc rudes erant, et cultus inscii; dum Aegyptii jam valebant artibus et scientiis, in superiore Aegypto a supra dictâ mundi calamitate vix quidquam damni patientibus; quod confirmabunt procul dubio Astronomica aliaque monumenta illic a Francorum eruditis inventa, atque invenienda.

§ VII.

Solvuntur objectiones in supra dictam sententiam de Diluvio promtae ex Diluvii narratione

tione Biblicâ, Gentiumque Genealogia Hebraicâ.

Ast jam dudum nobis obſtrepentes audire videmur homines, quibus ea, quae in *Originibus Iſraëliticis* de Diluvio referuntur, perſuaſerunt, illam priſci orbis cladem univerſalem fuisſe. Cataclyſmi aquas terram omnem inundasſe, immo quindecim cubitis ſupra montes altisſimos eminuisſe, adeoque neminem mortalium incolumem evaſisſe, praeter Noachum, atque eos, qui unâ cum Noacho in arcâ ſervarentur. Hujus ſententiae patronis, antequam propoſitum opus perſequamur, paucis os obturandum eſt. Quem in finem ſufficiet, ea citasſe, quae Clericus, *Comment. ad Geneſ. VII.* 19. diſputat. Haecce tantummodo legantur ab iſtoc genere hominum, et mox agnoſcent, quamplurima, eaque ſummi ponderis, argumenta praeſto esſe iis, qui Cataclyſmum praecipue per Aſiam Auſtralem, et neutiquam per terrarum orbem, ſaeviisſe arbitrantur.

Interim in ipſâ Hebraicâ Diluvii narratione nihil ſupereſt praeſidii, quo id genus hominum ſuam ſententiam tueatur; ſi ad animum revoces, Diluvium illic bifariam enarrari, et *Geneſ. VII.* 19. ac primam partem *Commatis* 20., ubi aquae Diluvii quindecim cubitis ſupra cacumina altisſimorum per totum terrarum orbem montium eminuisſe dicuntur, minime pertinere ad antiquiorem illam ſchedulam, quâ ſupra uſi fuimus, atque a cujus ſtandum esſe videtur partibus; porro *terram*

in iftâc fchedulâ, aeque ac faepius alibi, minime univerfum terrarum orbem complecti, fed aliquem terrae tractum, aliquam partem hujusce orbis, et nominatim Auftralem regionem Afiae.

Supra hanc *terram aquae* talem in modum *invaluerunt*, ut montes coöperirentur. Atque in hâc regione, minime vero per totum terrarum orbem, *exfpiravit omnis caro, quae fefe fuper illam terram movebat, inde a volucribus, et pecore, et beftiis, et reptilibus, usque ad omnes homines. Quidquid in naribus habebat halitum fpiritus vitalis, ex omnibus, quae in ficco funt, exftinctum fuit.* Nihil ex omnibus illis fuperfuit, praeter ea, quae Noachi arcâ continebantur. In Africâ vero, in Scythiâ Afiaticâ atque Europaeâ, in Americâ Meridionali, et pluribus infulis Oceani Pacifici, immo forfan alibi quoque, minime par clades hominum animaliumque obtigisfe videtur.

Neque huic opinioni obftat Hebraica gentium Genealogia, obvia *Genef. X.* Illic enim minime univerfi generis humani, fed nonnullarum tantummodo gentium, quae vaftatam terrae partem poftea rurfus coluerunt, origo ad Noachum, ejusque tres filios, refertur. Quae nempe illic recenfetur Semi fuboles fe ultra Afiae Auftralis incolas neutiquam extendit. Chami vero atque Japeti progeniem haudquaquam longius diffufam fuisfe videbimus in fequentibus; poftquam rectam iftius Genealogiae explicandae rationem in antecesfum paucis expofuerimus.

§ VIII.

§ VIII.

Recta ratio explicandi Decimi capitis Geneseos.

Auctor Hebraicae gentium Genealogiae, quisquis ille fuerit, morem sequitur receptum inter veteres, qui, gentium quarumvis origines expositurі, ex earundem nominibus formabant nomina heroum, vel regum, qui gentes ejusmodi condidissent, easve ab antiquo rexissent, et, rebus gestis illustres, nomen ejusmodi gentibus reliquissent, immo indidissent. Hujus moris vestigia quam plurima sistit elegantissimus Relandus, *Dissert. Miscell. Part. I. Diss. II.* § 15. Ejusdem haud ignarus fuit Bochartus: sed dolendum est, virum de *Geographiâ Hebraeorum exteriore* tam bene meritum istunc morem sibi, quum *decimum Caput Geneseos* explicaret, parum adeo ad animum revocasse.

Aliter se gessit incomparabilis ille J. D. Michaëlis, qui immensae rerum copiae per Bochartum congestae *Spicilegium* adjecit, ubi illius labores in ordinem redegit, adauxit, et castigavit, in *Prolegomenis* vero demonstravit, istanc Hebraei Scriptoris Genealogiam non hominum esse tantummodo, sed plura nomina, quae reverâ sunt gentium, immo vel locorum, occurrere inter nomina illic obvia, et, solam constructionem si respicias, habenda pro nominibus hominum, quorum alter alterum genuerit. Inter aliâ usus est exemplo *Sidonis a Canaäne geniti*, eaque phrasi

nihil aliud indicari monuit, ac *Sidonios ad Canaänitas pertinuisse.*

Tanti viri monitis obtemperantes, eandem exegeseos rationem in aliis quam plurimis laudati *capitis versiculis* adhibemus. Ita *versu* 7. et 29. *Schebae* nomen non hominis, sed regionis, esse credimus. Quo adsumto hi duo loci, cum *Genes. XXV.* 3. collati, nos haud amplius in illas redigunt angustias, ut, cum Bocharto, in unâ eademque Arabiâ tres diversas gentes *Schebaeorum* nomine quaeramus: sed ex tribus illis locis id unice colligimus, Arabicae regioni, cui nomen *Schebae*, triplicis originis fuisse incolas, Cusaeos, Joctanidas, atque Abrahami posteros ex secundâ uxore Keturâ. Pariter regionem *Havila* habitatam fuisse credimus a Cusaeis, secundum *cap.* X. 7. atque ab Ioctanidis, secundum *vs.* 29. *Dedanem* vero a Cusaeis, secundum *cap.* X. 7., atque a Keturae filiis, secundum *cap. XXV.* 3.

§ IX.

Gentes, quae Genes. X. *inter Japetidas recensentur, Caucasi viciniam ab antiquo coluere.*

Memoratam exegeseos normam secuti sub *filiis Japeti*, qui *cap. X.* 2. memorantur, nullos homines latere credimus, sed gentes, quae genus ad Japetum retulerint. Atque inter hasce *filii Gomer*, qui *versu* 3. recensentur, procul dubio sunt tribus populi, qui nomi-

mi-

mine *Gomer* appellatus fuit. Quem populum praecipue in Armeniâ quaerendum esse demonstravit summus Michaëlis, *Spicil. Geogr. Hebr. exteras Part. I. pag.* 67. *sqq.* docens *versu* 3. pro *Togarma* legendum esse *Trogma*. Porro *Thiras* Thraces, *Madai* Medos, comprehendere haud est dubium. Et quoad nomina *Magog*, *Mesech*, et *Tubal*, sequentia observanda veniunt.

Esechiel vaticinatur, *cap. XXXVIII.* 2. 3. et *cap. XXXIX.* 1. contra *Gogum*, *principem Rosch*, *Mesech*, *et Tubal*, et nequaquam *principem primarium Mesech et Tubal*, uti Hebraica vulgo verti solent. Illum itaque *Gogum* vicinum fuisse oportet gentibus, quarum *princeps* dicitur. Jam vero nomen *Rosch*, sicuti per Bochartum, *Phaleg. Lib. III. cap.* 13. demonstratum est, Armeniam comprehendit Araxenen, prope flumen Araxis, quem Arabes *Rosch* vocant, cujusque accolae saepius nomine *Rosch* veniunt. Nomen *Mesech*, secundum eundem Bochartum, pertinet ad incolas Moschiae Asiaticae, quae per Moschicos montes ab Armeniâ separabatur. Et nomen *Tubal* indicat procul dubio Tibarenos Colchidis.

Interim in viciniâ indicatae sedis populorum *Rosch*, *Mesech*, et *Tubal*, et quidem ad meridiem montis Caucasi, reperimus regionem, cui, secundum Bochartum, *l. l.* Strabo, et Stephanus, *de Urbibus*, nomen *Gogarenes* adscribunt, ac si dicerent *terram Gogi*. Atque hâc eadem significatione nomen *Magog* gavisum esse videtur, quo *Esechiel cap.*

 XXXIX.

XXXIX. 6. utitur, quodque *cap*. *XXXVIII*. 2. jungit nomini *Gog*, ut innuat, hoc nomine incolas terrae, cui nomen *Magog*, comprehendi. Saltem *Masin*, secundum Herbelotium, *Biblioth*. *Orient*. *Artic*. *SIN*. est *terra Sinensium*. Et *Macetia*, sicut infra videbimus, *terram* valet *Cetiorum*.

Igitur populi, qui *Genes*. *X*. nominibus *Magog*, *Mesech*, et *Tubal* indicantur, omnes in vicinia Armeniae quaerendi sunt. Etsi vaticinium Ezechielis, atque illinc desumta mentio *Gogi*, et *Magogi*, in *Apocalypsi*, nationem hisce nominibus comprehensam validiorem videri fecerit, quam cui angustior illa Gogarene sufficiat, atque interpretes excitaverit ad illam nationem alibi quaerendam, immo ad eandem, quum nullibi alibi reperiretur, in Orientali Tatariâ, de quâ multa mira narrari solebant, collocandam, atque hunc Tatariae tractum *Gogi* et *Magogi* nomine insigniendum; quod, teste Cl. Michaëlis, *Spicil*. *laud*. *Part*. *I*. *pag*. 28. sqq. a multis recentioribus Syriacis Arabicisque scriptoribus factum fuit.

En omnem fere Japeti progeniem obviam ad meridiem Caucasi illius, in cujus viciniâ Syri collocarunt Japetidas, quum Deucalionem Scythis accensuerunt. Ibidem jam Japetidas habitasse subindicarunt Graeci tradito de Deucalionis patre, Japeti vero filio, Prometheo, Caucasi jugis adligato. Hoc enim traditum auctores sapit Japetidas, circa Caucasum degentes. Immo, illud traditum reapse a talibus auctoribus ad Graecos propagatum

tum fuisse, eo verisimilius esse videtur, quoniam Graeci Japetidis adnumeratum Deucalionem pro humani generis instauratore habuerunt, adeoque suam quoque gentem ab isthoc Japetida conditam duxerunt. Haec opinio, cum illo Graecorum tradito de Prometheo comparata, nobis est indicio, ipsorum Graecorum maiores Japetidarum in Caucasi viciniâ degentium fecisse familiam. Quod ulterius demonstrabunt observata sequentia.

§ X.

Nomen Ionum *in Oriente latiore sensu, quam inter Graecos, atque eâdem vi gavisum, quâ* τῶν Ἑλλήνων *nomen aliquando etiam adhibitum.*

Graecos Japetidas fuisse innuit auctor Hebraicae Genealogiae, praeter memoratos populos, inter *Japeti filios* collocans gentem *Jon.* sic enim pronunciandum nomen יון, quod vulgo male per *Javan* effertur. Illud autem nomen ad Graecam gentem spectat. Haecce gens eo nomine per omnem venit Orientem. Arabes *Graecum* vocant *Jonan.* In Syrorum scriptis *Graecus* audit *Ionio;* cujus nominis characteres perperam pronunciantur *Jaunoie.* Immo vel ex ipsis Graecorum scriptis constat, Orientales *Graecos* nomine *Ionum*, vel Ἰαόνων, salutare consuevisse. Hujus moris exempla ex Aeschylo, atque Aristophane, profert Palmerius, *Graeciae antiquae, Lib. I. cap.* 6. Ejusdemque

moris forsan adhuc aliud exemplum exstitit in deperdito loco Sophoclis, quem commemorat Hesychius, *in voce* Ἰαννα.

Quâ ratione Graeci istoc nomine in Oriente venire coeperint, hoc nobis quidem in proclivi esse videtur. Orientalibus, scilicet, ex omnibus Graecis primi innotuerunt ejus, quae sub Athenarum ditione fuit, *regionis* incolae, qui soli in Graeciâ nomen gerebant *Ionum*. Sicuti jam Graeci omni fere *Orienti* nomen indiderunt *Asiae*, quod proprium regioni ante alias Orientis plagas a Graecis visitatae; ita Orientales Graecis illis, qui primi regionem istanc visitarunt, et mox occuparunt; quos Iones fuisse notum est; his Graecis in eâdem regione, aut in ipsâ *Atticâ*, quo frequenter ex Oriente navigabatur, obviam facti Orientales, nomen tribus *Ionicae* ad omnes, qui ipsis deinceps innotuere, Graecae gentis homines extenderunt.

Hac ratione nomen *Ionum* ad *Graecam gentem* designandam transiisse videtur. Hujus saltem rei causa minime quaerenda est in latiore ejusmodi usu istius nominis inter Graecos, quam Bochartus, *Phaleg. Lib. III. cap.* 3. exemplis firmare adnixus est. In termino, quem a Theseo erectum scribit Plutarchus, *Vit. Parallel. pag.* 8. *Ed. Froben.* nomen *Ioniae* haud ultra, quam ad *Atticen*, spectabat. Huc itaque perperam provocavit Bochartus, ut probaret, nomen *Ionum* ipsos inter Graecos amplo istoc sensu gavisum fuisse, quod nomen inter Hebraeos adhibitum esse ostendere conatur.

In-

Interim Daniel, *cap. VIII.* 21. Alexandrum magnum, Macedoniae ceteraeque fere omnis Graeciae, *ἀυτοκρατορα*, *Ionum regem* nuncupans, indicio est, Hebraeos nomen *Jon* non tantum ultra Atticam, verum etiam ultra proprie sic dictam Ἑλλαδα, extendisse, eoque, praeter incolas Ἑλλαδος, etiam Macedones, et procul dubio simul Epirotas, complexos, adeoque in istoc nomine eâdem usos esse licentiâ, quâ Veteres plus semel in ipso των Ἑλληνων nomine.

Hoc enim nomen penes Veteres aliquando sensu latiori adhibitum. Saltem apud Herodotum, *Lib.* II. *cap.* 52. Epirotas, alibi haud secus ac Macedones ab Hellenibus sollicite discretos, comprehendere videtur. Pausanias vero, *in Atticis*, *pag.* 20. *Ed. Sylburg.* de Pyrrho Epirotâ, Πυῤῥος ἐςιν ὁ πρωτος ἐκ της Ἑλλαδος της περαν Ἰονιω διαβας ἐπι Ρωμαιυς. Heic loci της Ἑλλαδος nomen ad omnem pertinere videtur regionem, quae Illyrici, Moesiae, Thraciaeque finibus, atque ab alterâ parte mari Aegaeo, Mediterraneo, Ionioque, fuit inclusa, cujusque incolae sermone graecissanti, atque ab adfinium Barbarorum dialectis diverso, usi fuere.

§ XI.

Dodonaei, Genes. *X.* 4. *nomine* Dodanim *designati*, *omnes comprehendunt Epirotas; sicuti Elidis nomen* Elisa *omnem complectitur Helladem; licet antiquiores Hel-*

lenes haud in Elide habitaverint, sed in Phtiotide.

Ad origines eorum, quos diximus, Graecorum rite explicandas porro est considerandum Hebraicae Genealogiae *comma* 4., ubi legimus, *Jonis filii Elisa, Tarsis, Cittim, et Dodanim.* Ita nempe nomen posterius scribendum; demonstrante Cl. Michaëlis, *Spicil. laud. Part. I. pag.* 114. *sqq.* adversus Bochartum, qui *Phalegi. Lib.* III. *cap.* 6. ex obviis variis lectionibus adripuit *Rhodanim*, atque id nomen de accolis Rhodani amnis Gallici explicare adnixus est.

Nobis nomen *Dodanim* indicare videtur *Dodonaeos*, cives accolasque Dodonae, urbis antiquitate celeberrimae, atque oraculo, de quo Jac. Trigland, in *Conjectaneis ad Fragmentum de Dodone*, editis inter ipsius *Dissertationes*, et *Thesauri Gronoviani Tomo VII.*, accuratissime disseruit, hoc unum si excipias, eum *Dodonae* nomen formatum putasse ex ד et אדון. Id enim nomen, quod ab antiquo *Δωδω* sonuit, cum Palmerio, *Graec. ant. Lib. II. cap.* 8. *p. m.* 327. ab aeris Dodonaei clangore desumtum arbitramur. Sub illis jam *Dodonaeis* omnes Epirotas latere credimus, diversam nempe a reliquis Graeciae incolis familiam facientes, adeoque Hebraeo Geographo separatim notandos inter familias, in quas eam Japetidarum cohortem, quae Graeciae incolas dedit, divisam fuisse modo laudatis verbis indicare voluit.

Pa-

Pari modo omnes omnino Hellenes comprehendi videntur nomine *Elisa*. Id nomen non tantum sono plane convenit cum *Elidis* urbis et regionis nomine: sed *Elisa*, *Esech. XXVII.* 7. a purpurâ, vel potius a bysso purpurato, quam mercem Phoenices inde reportabant, celebratur. Hâc vero merce Elis in Hellade, demonstrante Bocharto, *Phalegi*, *Lib. III. cap.* 4. maxime insignis fuit; dum sacris ludisque vigebat, quo undique ex omni Hellade coibatur, in quibus autem Eleënses judices certamina spectabant, Ἑλλανοδικαι appellati. Vid. Perizonius, *ad Aeliani V. H. Lib. X. cap.* 1. Quae quum ita sint, Elis Hebraeis non tantum facile prae reliquis Hellenum urbibus innotescere, verum vel pro eorundem metropoli haberi, adeoque ejus nomine omnis fere Hellas comprehendi potuit.

Nihilo minus Elis minime habenda est, pro antiquissimâ Hellenum in Graeciâ sede. Haecce in Thessaliâ, immo in Phtiotidis urbe Hellade, summo consensu collocatur a Veteribus, quorum testimonia diligentissime collegit Erasmus Vindingius, sub nomine Ἑλλας, in libro *de Graecorum populis urbibusque*, edito in *Thesauri Gronoviani Tomo XI.* Immo, quo minus illam Hellenum in Graeciâ sedem antiquissimam extra Thessaliam quaeras, vel solum sufficiet istorum testimoniorum compendium, quod in *scholio ad Iliad.* A. *vs.* 2. talibus; πρωτοι τε ούτως (scilicet Ἑλληνες) ἐλεγοντο οἱ ἐν Θεσσαλιᾳ ἀνθρωποι οὐ μην ἁπαντες, ἀλλα μονοι δε ἐν Ἑλλαδι τῃ πολει. Praeser-

ſertim ſi jungantur eâ, quae Cl. Wasſenberg, in *Emend. ad Paraphraſ. et ſchol. Iliad. A. et B. pag.* 131. de antiquâ ſcripſit Hellade.

Tandem Thesſaliae regionem Phtiotidem pro Hellenum antiquisſimâ ſede habendam, confirmari poteſt ope obſervationis ſupra memoratae, de Diluvio a plerisque gentibus in ſuam cujusque regionem pertracto, ideo quod ſeſe αὐτοχθόνας esſe crediderunt. Hâc obſervatione adhibitâ ex eo, quod Hellenes Diluvium Deucalionis, unâ cum hocce antiquisſimo gentis rege, in Phtiotide collocarunt, intelligere videmur, hujus traditionis auctores Phtiotidem pro Hellenum ſede antiquisſimâ habuisſe.

§ XII.

Glosſema duplex in Ariſtotelis Meteoris *obelo notatur.*

Quum conſtans Hellenum traditio fuerit, in Phtiotide locum habuisſe Diluvium, quod nomen traxit a Deucalione, qui illic tunc regnasſet, eamque regionem Hellenum ſtirpi pro cunabulis fuisſe; falſi manifeſto arguuntur, quae apud Ariſtotelem *Meteoror. Lib. I. cap.* 12. mediam inter Philoſophi de pluvialibus inundationibus Disſertationem reperimus; Ἀυτη δ᾽ ὐκ ἀει κατα τυς ἀυτυς τοπυς, ἀλλ᾽ ὥσπερ ὁ καλυμενος ἐπι Δευκαλιωνος κατακλυσμος. Και γαρ οὑτος περι τον Ἑλληνικον ἐγενετο τοπον. Και τυτυ περι Ἑλλαδα ἀρχαιαν. Ἀυτη δ᾽ ἐςιν ἡ περι την Δωδωνην, και τον Ἀχελωον. Ουτος γαρ πολ-

πολλαχῃ το ῥευμα μεταβεβληκεν —— ᾠκυν γαρ οἱ Σελλοι ἐνταυτα, και οἱ καλȣμενοι τοτε μεν Γραικοι, νυν δε Ἑλληνες. Haecce non tantum male cohaerent, orationemque praebent mutilam, verum insuper tam indubie veritati contraria dicunt, ut inhaereamus sententiae, quam in hisce *Actis Tom. II. pag.* 160. jam de iis diximus, eaque Aristotele prorsus indigna esse, immo duplex glossema facere, statuamus.

Aristotelica primum interpolata videntur verbis, Αυτη δ' ȣκ ἀει —— Ἑλληνικον ἐγενετο τοπον. Quibus in textum illatis, alius quispiam, ingenio magis quam solidâ commendandus eruditione, ea adnotavit, quae post illas voces in verbis adlegatis sequuntur. Hicce homo, conjecturâ de mutato Acheloi cursu a Deucalionis istoc Diluvio derivando pellectus, videtur Diluvium hocce in Epirum transferre voluisse, illamque opinionem cum praecedentibus, ubi id Diluvium περι τον Ἑλληνικον τοπον γενεσθαι adserebatur, conciliari posse speravisse, quoniam in Epiro Σελλοι inveniebantur. Ab horum enim nomine των Ἑλληνων nomen oriundum fuisse collegit ex adfinitate litterarum, quae inter utrumque nomen obtinet, quâ fretus την Ἑλλαδα ἀρχαιαν, et simul Deucalionis Cataclysmum, qui istoc Ἑλληνικῳ τοπῳ accidisse ferebatur, in Dodonae viciniâ collocavit.

Heic Glossematis auctorem nimis ingenio indulsisse, praeterquam e constanti veterum de antiquâ Hellade testimonio, constat ex Hesychio. Hic enim vocem Ἑλλα, unde La-

Latinum *sella* fluxit, καθεδραν notasse, peculiari autem usu adhibitam esse adserit de Jovis Dodonaei χρηστηριῳ, de quo Simmias Rhodius, apud Stephanum, in *Fragmento de Dodone*;

Ζηνος ἑδος Κρονιδαο μακαιρ᾽ ὑπεδεξατο Δωδω.

Ex istoc Hesychii adserto intelligimus, quam ob rem ὑποφηται oraculi Dodonaei Σελλοι dicti fuerint; quam vanum vero sit commentum interpolatoris. Cujus ultima verba, καλουμενοι τοτε μεν Γραικοι, νυν δε Ἑλληνες, quae, me hercle! medii potius aevi ludimagistrum, quam elegantissimum Philosophum redolent, insuper haud secus ipsius commenti fundamina eruunt, ac veritati contraria fabulantur. Illic etenim eos, quibus nominis adfinitatem cum τοις Σελλοις intercessisse vult, quamdiu in horum viciniâ degissent, haud aliter, ac Γραικες, appellatos esse, dein autem demum Ἑλληνων nomen sumsisse, adserit.

§ XIII.

Hellenum familiae tres e Phtiotide per omnem Helladem effusae.

Glossemate susque deque habito, quod Aristoteli abjudicavimus, primam Hellenum in Graeciâ sedem illam in Phtiotide Ἑλλαδα fuisse adserimus. Unde quomodo sese, tanquam e meditullio, quâquâversum propagaverint, Veteres, uti Simsonus, in *Chronico*, *ad A. M.* 2566., refert, ejusmodi fere tradidere Genealogiâ. Helleni triplicem fuisse pro-

prolem, *Dorum*, *Aeolum*, et *Xuthum*, cui fuerint duo filii, *Ion* atque *Achaeus*. *Dorum*, qui Dores comprehendit, ſeſe in Doridem recepisſe, Aeoles in Theſſaliâ remanſisſe, Iones vero cum Achaeis, in Atticen commigrantes huic regioni nomen indidisſe *Ioniae*; dein autem in Aegialum profectos, illis aliquamdiu junctis ſedibus habitasſe, tandem Iones ab Achaeis pulſos esſe.

Poſterius hocce ita videtur explicandum; Iones, Atticâ non contentos, ſeſe effudisſe in Aegialum; quae regio, ſecundum Apollodori *Bibliothecam*, *Lib. II. initio*, nomen ab Inachi Argivi filio, Phoroneique fratre, Aegialo ſortita, atque adeo, quod ſub illâ latet fabulâ, ab Argivis in civitatem receptos, atque 'Αχαιὸς, vel 'Αχαιοὺς, a *fraternâ ſocietate*, *arctisſimoque foedere*, appellatos esſe. Ea enim notio nominis אחי. Iſtoc vero nomine Argivorum coloni in Aegialo uti potuere. Argivos enim haud quâquam cum majori Graecorum parte genus ab Japeto repetivisſe, ſed eos e medio Paſtorum illorum, qui antiquiore aevo Aegyptum occupasſe, et diu tenuisſe, leguntur, exortos esſe, hoſce autem Paſtores communi cum Arabibus Phoenicibusque origine gaviſos fuisſe, infra demonſtrabimus.

Salutarunt itaque antiquiores Aegiali incolae advenas Iones nomine אחי. Haec vero ſalutatio illis Aegialenſibus reddita fuit ab Ionibus. Ita vero utraque gens, priore utriusque nomine obſoleſcente, in unam Achaeorum familiam coaluit. Ex hiſce jam Achaeis incolae fuisſe videntur Elidi. Quam in Hebrai-

braicâ gentium Genealogiâ pro omni Hellade poni demonſtratum cenſentes, ad nomen *Tarſis*, quod illic *Elidis* nomini ſubjungitur, explicandum pergimus.

§ XIV.

Nomine Tarſis *inſignis urbs Hiſpaniae nec Phoenicum colonia, nec Graecorum, ſed gentis, quae unâ cum Graecorum majoribus habitavit in Ciliciâ, ubi veſtigia eorum, queis nomen* Cittim *obtingit*, Geneſ. X. 4.

Nomine *Tarſis*, in Hebraeorum vaticiniis atque Hiſtoriis, Tartesſum, in Hiſpaniâ Baetice emporium, commercio cum Phoenicibus celeberrimum, ſignificari demonſtravit Bochartus, *Phaleg. Lib. III. cap. 7.* Illud rectisſime. In eo autem hallucinatus eſt, quod hanc urbem a Phoenicibus conditam fuisſe credidit. Quâ enim facie Hebraicae illius Genealogiae ſcriptor Phoenicum coloniam ad Japetidarum familiam, et quidem ad eam, quae Graeciae incolas dedit, pertinere, adſerere potuisſet? Clericus, *Comment ad Geneſ. X.* nomen *Tarſis* ad Thraces retulit, acſi hosce etiam *Ionum* nomine complexi fuisſent Orientales. Cl. Michaëlis, *Spicil. laud. Part. I. pag.* 92. *Tartesſum*, quae ubique fere in *S. Codice* nomine *Tarſis* deſignetur, *Graecorum coloniam* dixit; ſed rei rationem haud explicuit; dum in ipſâ Graeciâ nullibi nominis illius apparent veſtigia, quae regionem, unde colonia Tartesſum ducta fuerit, oſtendant.

Hanc

Hanc ob rem nos conjicimus; Tarteſſiorum majores quidem ad eam, quae incolas Graeciae dedit; Japetidarum familiam pertinuiſſe: ſed eos a cognatis, jam antequam hi in Graeciam intrarent, et quo tempore in viciniâ reliquorum ad Caucaſum Japetidarum degerent, diſcedentes in Baeticen commigrasſe. Igitur extra Graeciam, et quidem prope Caucaſum, locus, ubi Graecorum aborigines habitarint, indagandus esſe videtur. Quam in rem perquam opportunum eſt; quod Herodotus, *Lib. VII. cap.* 95., Cilices antiquitus ὑπαχαιοὺς dictos adſerit.

Ἀχαιῶν nomini quaenam originalis ſignificatio fuerit, modo vidimus. Eam vero probe cognitam habuisſe videtur Homerus, qui omnes, quotquot arctisſima ſocietate adverſus Trojanos conſpirabant, Graecos eo nomine ſaepius comprehendit. Pariter id nomen ab Homeri popularibus, vatem adſiduâ lectione terentibus, eumque imitari pulchrum aestumantibus, ampla iſtâc notione ſaepius adhibitum videtur. Apud Romanos ſaltem *Achaiae* nomine Graeciae venit provincia; vid. Palmerius, *Graec. Ant. Lib. I. cap.* 4. Illud igitur ὑπαχαιοὶ apud Herodotum *aliquatenus Achivos*, vel *Graecos*, notare videtur; ut ii, qui Cilices ita appellaverunt, hiſce aliquam cum Graecâ gente cognationem intercesſisſe agnoverint. Unde probabile evadit, eam Japetidarum familiam, quae Graeciae dedit incolas, prius in Ciliciâ habitasſe.

Quod confirmant Euſtathius, *ad Dionyſ.*

Perieges. vs. 875. et Stephanus, in voce ἀγχιάλη, urbem Anchialen in Ciliciâ ab Japetidis conditam esse, Ciliciam itaque Japetidas incolas habuisse, adserentes. Immo eam, quae incolas Graeciae dedit, Japetidarum familiam in Ciliciâ degisse, praeter laudatum Herodotum, jam odoratus est Rabbi Saädias, Arabs interpres Pentateuchi, quippe qui nomen *Elisa* per *Almetsitsaton*, Graecis Μοψυεςιαν, Ciliciae urbem, transduxit, adeoque illic eorum, qui nomine *Elisa* comprehenduntur, aliquando sedes fuisse arbitratus videtur.

Luculentiora vero eorum, qui nomine *Cittim* insigniuntur, vestigia occurrunt in *Cetide*, quam inter Ciliciae regiones, indice Bocharto, *Lib. III. cap.* 5. recensent Ptolemaeus, et Basilius Seleuciensis; quaeque sedes τῶν Κητιων, quos Strabo, *Lib. XIII. pag.* 295., in Ciliciae parte Tauro adsitâ collocat; sicuti eosdem Menandro, apud Josephum, *Antiq. Lib. IX. cap.* 14. de Κιτταιοις loquenti, ob oculos fuisse, in *Historiâ rerum ab antiquo in Oriente gestarum*, ostendemus, eosdemque dixit procul dubio Diodorus, *Lib. XIX. cap.* 59. 62. ubi Κιτιεις inter Cilices memorat. Immo ipsum nomen *Cittim* de iis explicandum, in exordio carminis, *Jes. XXIII.* obvii, et pluribus in locis adhuc haud satis illustratis.

§ XV.

§ XV.

Ad Ciliciae Κητεως *pertinet nomen* Cittim, Jef. XXIII. 1.

Vates laudatam *declamationem in Tyrum* inchoat; *Ejulate. o naves Tartesfi!* כי שדד מבית מבוא מארץ כתים נגלה למו. Summus Vitringa, in *Commentario,* conjunxit verba כי שדד מבית מבוא, et vertit, *quoniam vaftata eft intus et extus.* Sed exemplum e *Pfalm. CXXI.* 8. adlatum vix fatis probat eam explicationem vocum מבית מבוא, uti Cl. Döderlein jam monuit. Neque adiectivum שדד, quum fit mafculinum, ad *Tyri* nomen referri posfe obfervavit J. B. Koppe, ad notas eruditisfimi Lowth, ab ipfo Germanice verfas. Alexandrini voces מבית מבוא מארץ כתים conjunxisfe videntur. Vertunt enim, ὀυκ ἐτι ἐρχονται ἐκ γης Κιττιαιων. Illi itaque voces מבית מבוא per *refectionem a venientibus* explicarunt. Vocem נגלה vertunt ἡκται ἀιχμαλωτος. Pronomen autem plurale in למו quo referrent ignorarunt. Quam ob rem id in למי mutarunt, atque ad *verfum* fequentem retulerunt, ubi per τινι traductum legitur.

Nos, declamationis initium cum finali *verfu* 14. conferentes, jungimus כי שדד מבית, ut parallela fint τοις כי שדד מעזכן Verbum בית proprie *fecare*, hinc *domum ftruere*, fignificans, nomen בית peperit, a quo ad verbum rediit notio *in domo esfe*, *pernoctare*, quae notio verbi penes Chaldaeos. Ab hac notione nomen מבית fignificationem *manfionis*, *habitaculi* accepisfe potuit ut τῳ מעזכן in

versu parallelo responderit. Sequentia מבוא מארץ כתים נגלה למו minime separanda sunt. Quae si junxeris, unica difficultas restat in nomine כתים. cujus loco. Graeci, Κιττιαίους vertentes, כתיים, quod versu 12. occurrit, legisse, et de Citii in Cypro urbis civibus cogitasse videntur.

Bocharti opinio fuit, nomine כתים, quoties in S. Codice occurrit, illos, quos in Italiâ repererat, Κητεὶους designari. Qui quum huic loco haud magis, quam Macedones, de quibus alii cogitarunt, convenirent, כותים legere jussit, per *terram Cuthaeorum* Babyloniam designatam censeri posse ratus. Summi viri conjecturam amplexus Cl. Michaëlis, *Spic. laud. Part. I. pag.* 109. id tamen nomen potius de *Cuthaeis*, in vacuam X. tribuum sedem reductis explicandum censuit. Vitringa receptam lectionem cum opinione Bocharti de nomine כתים conciliare conatus est, ut verba מארץ כתים נגלה למו, quae a praecedentibus separaverat, verteret. *Ex Italiâ revelatum est illis*, nempe *navibus Tartessicis*. Fingit vatem Divinum, ad spectatores quasi conversum, monere, Tyri exscidium Italis prius cognitum, ab his vero ad illas naves Tartessicas pronunciatum fuisse. Ingeniose! procul omni dubio! Quam ob rem Vitringam Lowthus, Koppius, aliique, secuti fuere.

Verum enim vero adfixum מו vix ad אניות referri posse, adeoque ad τοὺς יושבי א׳, quos vates, in sequenti *Commate* adlocuturus, jam ob oculos habebat, pertinere videtur. Quo po-

posito, nomen כתים haud alio, atque ad eos, quos in Cilicia fuisse modo videbamus, Κητιεις, vel Κιτιεις, respicere potest, ut posterioris, quod a praecedentibus separavimus, membri sensus sit, *a Nabocodnosoro, veniente e Ciliciae Cetide, Phoenicen habitantibus illud Tyri exscidium revelatum esse*, vel *vastari coeptum esse;* quomodo נגלה etiam verti potest. Illam autem explicationem confirmat non tantum Esechiel, qui *cap. XXVII. 7. Nabocodnosorum Tyrios ab Aquilone adgressurum esse* vaticinatur; sed eam Historicis quoque argumentis confirmari posse. ex supradictâ *rerum in Oriente gestarum Historiâ* constabit.

§ XVI.

Ad Cetidem Ciliciae spectant regiones Cittim, Jerem. II. 10.

Interim non in uno tantum Hebraicorum vaticiniorum loco nomen *Cittim* ad Ciliciae pertinet incolas. Ad eosdem enim referendum est, *Jerem. II.* 10., ubi Israëlitas, qui ab avito Numine, a quo tot tantisque mactati erant beneficiis, ad Deos peregrinos defecerant, ingrati animi reos agens Vates, *Transite*, inquit, *in regiones Cetiorum, ut videatis! Mittite in Kedar, ut probe sciatis, et cognoscatis, num tale quid illi fecerint.* Heic enim voces איי-כתים non necessario ad insulares regiones referendae.

Vox אי, uti jam observavit Cl. Michaëlis,

Spicil. laud. Part. I. pag. 131. perperam ad *insulam* restringi fuit solita. Verbum אוה proprie *flectere* significat. Hinc de *viatore*, ut alicubi commoretur, *de viâ deflectente* usurpatur. Apud Arabes اوى transitive est *de viâ deflectere fecit, hospitio excepit; Surat. XII.* 100. cognatum ثوّى *mansionem cepit*, vel *capere fecit.* ايا in V spec. *commoratus fuit.* ثاية *commoratio, hospitium.* Quâcum voce plane convenit Hebraïcum תאוה *Genes. XLIX.* 26. Verbum אוה in Hitp. *semet deflectere fecit, mansionem paravit;* quomodo explicandum videtur התאויתם *Num. XXXIV.* 10. Hinc vox אי *de diversorio, habitaculo,* et *quâvis hominum mansione*, adhiberi potuit; quae notio obtingit Arabico ماوة. vid. *Surat. XXXII.* 19. 20.

Possunt itaque vocibus איי-כתים quaevis *sedes* Κητειων designatae esse. Sed eas apud Jeremiam ad Graeciam, Italiamve, non referendas putamus; quoniam hae regiones longius aberant, quam quae regioni *Kedar* apte opponerentur; dum vatem Israëlitas adeo procul ablegare ἀπολίτευτον. Hanc ob rem ipsum ad Ciliciae Κητειας unice credimus respicere, et in ejus quoque verbis των *Cittim* vestigia in Ciliciâ videmur reperisse, ut Graecorum aborigines illic habitasse certum sit atque indubitatum.

§ XVII.

§ XVII.

Nonnulla de Ciliciae Tarso, atque Hispaniae Tartesso.

Inter Graecorum aborigines in Ciliciâ degentes (ut de conjecturâ, quam § 14. proposuimus, certi quid statuatur,) quaerendi sunt Tartessiorum majores, qui a cognatis, antequam hi in Graeciam commigrarent, discedentes, sese in Baeticen contulerunt. Atque en Tarsum, urbem Ciliciae praecipuam, quo supra laudatus Arabs, unâ cum Chaldaeo interprete, et Josepho, nomen *Tarsis* retulit. Hanc igitur condidisse videtur pars ejus Japetidarum familiae, quae Graeciae dedit incolas.

Uti vero haec sententia concilietur cum Strabone, qui *Lib XIV. pag.* 463. Tarsum a diversissimae originis hominibus, Argivis, duce Triptolemo Ium investigantibus — aut cum Solino, qui, *cap.* 41., eandem urbem a Perseo istoc Argivo, qui prope Joppen Andromedam a ceto liberasset, conditam scripsit — observamus, eandem urbem, ut â cum Anchiale, quam pariter ab Japetidis exstructam fuisse supra vidimus, a Sardanapalo diu post conditam legi apud scriptores citatos a Brissonio, *de regio Persarum principatu, Lib. I.* § 253. Hocce quum procul dubio de instauratione explicandum sit, quidquid veri sub duobus illis traditis latere censendum est, ad antiquiorem aliquam Tarsi instaurationem referri posse opinamur, adeoque inhaeremus

ſententiae, de Tarſo ab Japetidis ſupradictis conditâ.

Ex hâcce jam urbe ab iisdem Japetidis commigratum esſe credimus in Hiſpaniam Baeticen; ubi urbem Ταρτήσιον, vel Ταρτησσὸν, ſanequam ſatis ſynonymam, ut in Tarſi memoriam ita dicta esſe credatur, aedificaverint. Et haecce e Ciliciâ in Hiſpaniam commigratio facta videtur, antequam Phoenices ulli in Hiſpaniam navigarent; quippe quos, quum illuc primum appellerent, illic jam incolas, quibuscum commercium inſtituerent, reperisſe conſtet ex loco Ariſtotelis per Bochartum adducto. Illos itaque pro primis Tartesſi conditoribus habere neutiquam debuisſet Bochartus. In cujus ſummi viri ceteroquin prorſus egregio commentario de iſtâc urbe pariter diſplicet, quod praeter illam Tartesſum adhuc aliam in mari Rubro quaeſivit; ideo quod 1 *Reg. XXII.* 48. legatur *Joſephatus Ezeongebere naves Tartesſicas, quibus ſimul in Ophiram navigaretur, compegisſe.*

§ XVIII.

Joſaphatum Ezeongebere naves Tartesſicas, quae ſimul in Ophiram navigarent, compingere potuisſe oſtenditur.

Miramur, ut nodum paucis ſolvamus, tantae eruditionis ſcriptorem, quantâ gaviſus fuit Bochartus, dum in loco memorato haerebat, haud cogitasſe de Africae periplo; de quâ poſtea datâ operâ disſeruerunt Huëtius,

tius, *de navigat. Salomonis*, *cap.* 4. et Cl. Michaëlis, *Spicil. laud. Part. I. pag* 98 *sqq.* Ex horum enim obſervatis conſtat, id quod Bochartum ipſum ceteroquin minime latuit, Phoenices Africam haud raro litora legentes circumnavigasſe, idque illis trium fere annorum iter fuisſe. Quam ob rem clasſis, quam Salomo cum Hirami navibus Tartesſum misſisſe, quaeque trium fere annorum iter feciſſe legitur 1 *Reg. X.* 22. eadem fuisſe videtur, quae *cap. IX.* 26. 29. Ezeongebere compacta dicitur, ut cum Hirami navibus in Ophiram navigaret. Haec clasſis prius Ophiram adiisſe, atque ex iſtâc Arabiae regione, Africae periplo factâ, in Hiſpaniam tetendisſe videtur.

Ophirae nempe ſitum intra Arabiam definire videtur Hebraeorum ille Geographus, qui *Geneſ. X.* 29. nomen *Ophirae* medium inter *Schebae Havilae*que, auriferarum pariter regionum, nomina collocavit. Dum ratio, cur illa regio אוֹפִיר appellata ſit, elucere videtur ex loco *Jobi*, *cap. XXII.* 24. ubi legimus,

שִׁית עַל עָפָר בֶּצֶר
וּבְצוּר נְחָלִים אוֹפִיר

Compone cum pulvere auri ramenta;
Et cum cotibus torrentium aurum ebulliens.

Heic loci in priori membro בֶּצֶר *balucem*, quae cum *pulvere* conferri queat, ſignificat. In poſteriori צוּר נחלים *ſilices* indicat, *per*

torrentem ab arena secretos, quibuscum recte conferetur אופיר, si eâ voce auri frusta, qualia in fluminibus ab arenâ secreta ebulliunt, significentur. Hinc igitur *Ophira* id nomen hausit, quod auro, majori frustorum massâ in rivulis invento, abundaret, sequiori tempore, quod in transitu notemus, a radice פרה, cui eandem, ac vicinis ופר, vel יפר, אפר, פאר, פור, פרא et פרר, notionem propriam fuisse oportet, *aurum* ejusmodi *ebulliens*, aurum פרוים dictum fuisse videtur, id est *ebullitionum*; quam significationem huic voci obtingere credimus in Glossemate; *atque aurum erat aurum Paryaim. II. Chron. III. 6.*

Falluntur igitur, qui istanc vocem pro regionis alicujus nomine proprio habuerunt. Inter quos Cl. Verbrugge, *Oratione de navigatione Ophiriticâ*, eam ad regiones *Biafara*, et *Zanfara*, in litore aureo retulit, Ophiram in Africae australi litore fuisse, hodieque *Sophala* dici, opinatus, eoque inductus convenientiâ nominum *Afer* atque *Ophir*, quod posterius, ex *Genes. l. l.* perperam explicato, viri aliquando nomen fuisse, ab hujus posteritate regioni Ophirae impositum esse, ab hâcce vero, propter auri ferax solum, prae reliquâ Africâ celebri, ad omnem hancce terram transiisse, atque *Ophiridarum* nomen pariter ad omnes *Afros* derivatum esse, collegit.

Nos Ophiram in Arabiâ fuisse confidemus. Josaphatum vero, classe Ezeongebere compactâ, imitari voluisse censemus navigationem,

nem, Salomone regnante institutam; quâ Hebraei, Phoenicum ductu, prius Arabicam illam regionem adierint, dein vero Africae circumitu lustrato, Tartessum tetenderint, atque inde post tres annos in Palaestinam pervenerint. Ita jam nulla remanet caussa, cur Tartessum in mari Rubro quaeramus. Atque evanescit difficultas, quae Bochartum male habuit. Sed interim in aliam, eamque multo graviorem, incidimus, quae illum paene fugisse videtur, alios vero quam plurimos exercuit eruditos, et nobis neutiquam silentio praetermittenda videtur.

§ XIX.

Disquiritur, quomodo Hirami naves, unâ cum Salomonis navibus, in Ophiram navigare potuerint.

Locus ille *II. Reg. IX.* 26. 28. ex quo Hebraeos Phoenicibus in Africae periplo duci usos esse constat, cum parallelo *II. Chron. VIII.* 18. non tantum codicem Hebraeum a corruptelis in numeros illapsis haud quaquam immunem esse ostendit: sed a Phoenice in Ophiram navigatum esse adserit. In priori enim loco *Hiramum Syrios rei nauticae peritos* באני *cum navibus*, in posteriori vero *naves a Tyriis gubernatas eo* misisse legimus.

Suffecisset quidem, si Hiramus navibus, a Salomone Ezeongebere fabricatis, nautas Phoenices imposuisset; sicuti Neco, teste Herodoto, *Lib. IV. cap.* 42. navibus Aegyptia-

ptiacis Phoenices imposuit: sed loca adlata naves quoque e Phoenice arcessunt. Immo secundum 1 *Reg.* X. 11. *classis Hirami aurum ex Ophirâ reportare* fuit solita. In viam itaque inquirendum est, quâ Phoenices e mari Mediterraneo in maris Rubri sinum Arabicum pervenire potuerint. Nihili enim valet conjectura Rossalli, qui in *Musaeo Hagano, Tom. I. Part. II. Disput. de vetere fossâ, mare Mediterraneum Erythraeo conjungente,* Sesostrin jam fossam illam ante Trojam captam perfecisse colligit e Strabone, *XVII. pag.* 804.

Heic loci Strabo talibus; Ἐτμήθη δε ἡ διωρυξ κατ᾽ ἀρχας μεν ὑπο Σεσωστριος προ των Τρωικων. Ὁι δε ὑπο Ψαμμιτιχου παιδος, ἀρξαμενου μονον, ειτ᾽ ἐκλιποντος τον βιον. ὑστερον δε ὑπο Δαρειου, του πρωτου διαδεξαμενου το ἑξης ἐργον. Quodsi hunc locum conferas cum Herodoti, *Lib. I. cap.* 158. et cum Diodori, *Lib. I. pag.* 20. mox videbis, apud Strabonem, suppletâ lacunâ, legendum esse; οι δε ὑπο ΝΕΚΩ, του Ψαμμιτιχου παιδος, et porro Neconem illum primum fuisse, qui opus illud inceperit, adeoque Sesostrin illud minime absolvisse, immo nequidem inchoasse; quamvis posterius hocce pariter adferatur ab eodem Strabone, *Lib. I. pag.* 38. a Plinio *H. N. Lib. VI. cap.* 28. et penes Aristotelem in Glossemate, de quo jam in hisce *Actis, Tom. II. pag.* 157. *sqq.* fategimus.

Nec prae Rossalli opinione adridet conjectura Verbruggii, qui Phoenicum naves, quas cum Salomonis classe Ezeongebere compactâ

pactâ in Ophiram navigasse oportet, non e mari Mediterraneo arcessit, sed Tyrum, unde Hiramus illas naves misisset, in mari Rubro quaesivit. Heic enim loci quampiam Tyrum invenisse sibi videbantur, qui Homerum Divini vatis honoribus prosecuti subtilius explicabant, atque ex eodem eliciebant, ad mare Rubrum olim quospiam exstitisse Phoenices, Homero, aliisque antiquioribus, *Sidoniorum* nomine comprehensos.

§ XX.

Excutiuntur fundamenta traditi de Tyro atque Arado in mari Rubro.

Menelaus, apud Homerum, *Odyss.* Δ. *vs.* 96. *sqq.*

πολλ' ἐπαληθεις
Ἠγαγομην ἐν νηυσι, και ὀγδοατῳ ἐτεϊ ἠλθον
Κυπρον, Φοινικηντε, και Αιγυπτιυς ἐπαληθεις
Αἰθιοπας θ' ἱκομην, και Σιδονιυς, και Ἐρεμβυς.

Heic loci *Aethiopes*, nobis arbitris, sunt iidem Mediterranei maris accolae, quorum rex fuit Cepheus, pater Andromedae, quem circa Joppen regnasse complures ex Veteribus scripserunt. Vid. Simsonum, *ad A. M.* 2646. Immo Aethiopes illi penes Homerum eadem gens, cui imperitavit Sabaco, quem *Aethiopem* vocat Herodotus *Lib. II. cap.* 137. quem vero Arabem fuisse in supra dictâ *rerum in Oriente gestarum Historiâ* demonstrabi-

bimus. Aethiopes Homerici eadem gens, ex quâ exorti octodecim illi reges Aethiopici, qui, secundum Herodotum, *Lib. II. cap.* 100. diu ante Sabaconem Aegyptum tenuissent, quosque ex Arabiâ oriundos fuisse infra videbimus. Hujusce generis Aethiopes idem Herodotus, *Lib. VII. cap.* 70. tanquam orientales, atque ἐκ της Ἀσιας, opponit Aethiopibus ἐκ της Λιβυης, atque ὑπερ Ἀιγυπτυ. Immo idem facit Strabo, *Lib. II. pag.* 103. et jam a Strabone citatus Homerus, *Odyss.* A. *vs.* 23.

Nihilo minus plerique Homeri interpretes vati, in loco adlegato, Aethiopes Africanos ob oculos fuisse rati sunt; adeoque in horum viciniâ quaesiverunt *Sidonios*, quos vates medio inter *Aethiopes* atque *Erembos* loco posuit; illos Homeri *Sidonios* ad mare Rubrum, a quo Phoenicum majores sese in Phoenicen contulisse ferebantur, collocarunt; quod inter alios fecit Scholiastes, qui ad Homeri illud Σιδονιυς adnotavit, τυς παρα τη Ἐρυθρᾳ θαλασση λεγει, ὁθεν μετῳκησαν οἱ Φοινικες; atque ad hanc opinionem confirmandam usi fuerunt tradito, insulas *Tyro* atque *Arado* in Phoenice cognomines exstare in mari Rubro; hoc enim a nonnullis relatum intelligimus ex Strabone, *Lib. XVI. pag.* 766.

Heic loci Geographus; πλευσαντι δ' ἐπιπλεον ἀλλαι νησοι Τυρος και Ἀραδος ἐισιν, ἱερα ἐχυσαι τοις Φοινικικοις ὁμοια, και φασι γε οἱ ἐν αυταις οικοντες τας ὁμωνυμυς των Φοινικων νησυς και πολεις ἀποικυς ἑαυτων. Quo in loco Geographum

phum aliorum potius relationes, quam ſuam ipſius ſententiam, protuliſſe ſole meridiano clarius elucet ex altero, *pag.* 784. ubi του δε Ποιητου λεγοντος.

Αιθιοπας θ' ικομην, και Σιδονιους, και Ερεμβους, διαπορουσι, και περι των Σιδονιων μεν, τινας χρη λεγειν, των εν τῳ Περσικῳ κολπῳ κατοικουντων, ων αποικοι οἱ παρ ἡμιν Σιδονιοι (καθαπερ και Τυριους τινας εκει νησιωτας ιστορουσι, και Αραδιους, ων αποικους τους παρ' ἡμιν φασιν) ἢ αυτους τους Σιδονιους. Hâcce jam de quaeſtione, ad Erembos inveſtigandos tranſiens, illic non pronunciat; quippe de quâ *Lib. I.* diſerte ſententiam dixiſſet, *Homeri illos Sidonios eſſe Sidonis in Phoenice cives, atque accolas: nullos vero in ſinu Perſico quaerendos eſſe Sidonios.*

Rectiſſime! Licet *pag.* 40. perperam argumenti loco collocat eorum, qui in ſinu Perſico communi cum Phoenicibus nomine et genere homines exſtitiſſe putabant, diſſenſum in explicanda naturâ iſtius adfinitatis, ſeu licet omni tradito fidem denegat, quoniam inter illos, qui tradito fidem haberent, eſſent, quibus incredibile videretur, Tyrum, Aradumque in Phoenice, urbes celeberrimas, nomen atque originem debere ejusmodi, quae in ſinu Perſico exſtare dicebantur, locis ab antiquo minime celebribus; quique adeo rationem adfinitatis, quam Phoenicibus cum horum locorum incolis intercedere famâ acceperant, invertendam eſſe arbitrarentur, ut illas in mari Rubro inſulas potius nomen incolasque a Phoenicibus habuiſſe conjicerent.

Per-

Perperam, inquam, Strabo; της δ' απιςιας αξιον ουκ ελαχιςον εςι, το εναντιουσθαι αλληλοις τους λεγοντας. Οἱ μεν γαρ και τους Φοινικας, και τους Σιδονιους, τους καθ' ἡμας, ἀποικους εἰναι των ἐν τω Ὠκεανω φασι, οἱ δ' ἐκεινους τουτων; uti confusione pronominum, observandâ criticis, ad usum manus medicae in talibus saepe nimis pronis, scripsit Geographus, pro ἐκεινων τουτους. Ejusmodi dissensus inter illos, qui de rei nucleo consentiebant, ei refutando haud quâquam sufficit: sed hunc in finem paullo altius in rem est inquirendum.

§ XXI.

Nulla Tyrus, *nullaque* Aradus, *sed* Tylus, *atque* Arathos, *aut* Aratia, *in mari Rubro obviae.*

In maris Rubri sinu Persico fuit insula, quam Τυλον vocat Ptolemaeus, quam memorat Aristoteles, quamque in sinu Arabico fuisse, teste Salmasio. *Exerc. Plinian. pag.* 720. Theophrastus adserit. Hocce forsan ideo, quod Arabiae ex contrario jacere noverat. De hâc enim regione postquam locutus esset Plinius, *H. N. Lib. VI. cap.* 28. pergit. „Ex adverso Tylus insula, pluri„bus margaritis celeberrima, cum oppido „ejusdem nominis." Hocce oppidum Stephanus alicubi *Indicum* dici viderat. *Indicum* enim id quoque vocabatur, quod juxta Arabiam erat.

Non tantum Aethiopes, aliique vicini Africani,

ricani, uti § 6. vidimus, *Indorum*, nomine appellabantur; verum etiam illos Cufaeos, qui, demonftrante Cl. Michaëlis, *Spicil. laud. Part. I. pag.* 144. *fqq.* ex Arabiâ in Aethiopiam commigrarunt, ex *India* venisfe veteres tradiderunt. Unde alii collegerunt, Aethiopes antea Gangis atque Indi ripas coluisfe. Eum in modum Eufebius, *ad A. M.* 3579. „, Aethiopes, ab Indo flumine con„, furgentes, juxta Aegyptum confederunt." Paria Syncellus, *pag.* 151. *Edit. Regiae.* Atque eâdem hypothefi ufus eft Philoftratus, *in vitâ Apollonii Thyanei.* Porro apud Herodotum *Lib. VII. cap.* 70. *Indis* accenfentur Aethiopes illi Orientales, de quibus modo diximus.

Ex hoc more „, Tylum *Indiae* infulam" vocari alicubi viderat Solinus, qui id *cap.* 55. uti acceperat, referens, immerito vapulat Salmafio. Iftius vero moris nefcius Stephanus, *Tyli oppidum*, alicubi *Indici* nomine infignitum, alibi quaefivit, atque ex eo *Tylum Indicam urbem* efformavit. De infulâ interim; Τυρος νησος ἐν τῃ Ερυθρῃ θαλασσῃ, ἡν Ἀρτεμιδωρος Τυλον δια τȣ Λ καλει. Emendate Artemidorus, ficut reliqui, quos citavimus, nomen extulit; quod a nonnullis, pro liquidarum adfinitate, Τυρος pronunciabatur; dum alii hanc infulam Tyriorum incunabula non esfe tantum, fed ab ipfis incolis praedicari, pesfimâ fide adferuerunt.

Nec Tyro igitur, nec magis ulli extra Phoenicen Arado, locus fupereft. Plinius, *H. N. Lib. VI. cap.* 25., in finu maris Ru-

bri .., Contra Persidem Philos, Cassandra, „. atque Aratia'" ubi Salmasius minus recte *Thylos* scribendum, et de Tylo cogitandum, arbitratus esse videtur. Ab hâc enim insulâ diversam aliam illic a Plinio memorari probabile est. Quippe quem alibi in earum, quae contra Arabiam erant, insularum recensione Tyri meminisse modo videbamus. Pro sequentibus interim nominibus vir summus codices *Caussandra*, atque *Aracha*, praebere testatur. Nobis *Aratia*, *Aracha*, vel *Aracia*, ejusdem insulae nomen videtur, cujus *Cassandra*. Hocce enim insulae, antea *Aracia* dictae, in honorem Alexandri Macedonis credimus esse inditum. Saltem Ptolemaeus, *Geograph. Lib. VI cap.* 4. Πεϱσιδι χεϱσονησοι Ἀλεξανδϱȣ νησος, ἡ και Ἀϱακια.

Hujus jam insulae nomen antiquius, aut forsan nomen *Arathos*, quod gestum ab insulâ, quam Ptolemaeus, *l. l. cap.* 7. tanquam Tylo vicinam, Arabiaeque adjacentem, recenset, memoratam in mari Rubro Aradum peperisse, non est dubitandum. Quomodo illos, qui Aradum in mari Rubro cognomini Phoenices urbi, aeque ac Tyrum illic obviam nobilissimae urbi Tyro, originem dedisse adseruerunt, hanc relationem perversae dictorum nominum pronunciationi superstruxisse videmus, ac simul eorum sententiam fundamento destitui, qui, rei rationem invertentes, illas in sinu Persico insulas nomen, atque originem a Phoenicibus repetere arbitrati sunt. Nec superest locus in mari Rubro, unde accersantur Phoenicum na-

naves ad iter Ophiriticum: sed in locis S. Codicis, ubi Phoenices suis navibus in Ophiram tetendisse leguntur, obvia difficultas restat integra, atque aliis tollenda. Nos enim e diverticulo in viam.

§ XXII.

Ad Citiaeos in Cypro refertur Jes. XXIII. 12.

Sicuti Tarsenses e Cilicia coloniam maritimo itinere in Hispaniam duxerunt, ita Κητειοι, Κιτταιοι, sive Κιτιεις, e Ciliciae regione *Cetide* in Cyprum navigasse, atque illic *Citium*, claram satis urbem, condidisse videntur. Ad hujus autem urbis cives, nobis arbitris, referendum est nomen כתיים *Jes.* *XXIII.* 12., ut ex hoc loco constet, Nabocodnosori exercitu e Ciliciae Cetide, quam ejusdem carminis *vs.* 1. ארץ כתים vocari supra vidimus, ad Phoenices descendente, hos sese magno numero ad naves contulisse, ut in Cyprum transjicerent.

Scilicet, isthoc in loco Tyrum, ideo quod a Sidoniis condita fuerit, בת צידון vocari, quotquot opinati sunt, splendide nugatos esse, cum Relando, *Palaestinae pag.* 1048. statuimus. Ipsos Sidonios vates dicit *filiam Sidonis*. Hanc vero pingit, tanquam *lascive exsultare, et luxuriosa saltatione corpus quassare solitam*; qui sensus verbi עלז hoc in loco, aeque ac *versu* 7.; dum *versu* 15. *sqq.* Tyrus artes, quibus meretrices in Oriente

quaestum facere consueverunt, iterum exercitura dicitur. Perperam igitur multi id verbum de *contumeliâ*, *injuriâve*, exponunt; quomodo Graeci ὕβριν, καὶ ἀδικίαν, transtulerunt. Nos integrum locum vertimus; *non amplius lascivâ corporis agitatione exsultabis, o filia Sidonis! ad Citiaeos, in Cyprum, surge ut transeas; nec tamen illic tibi requies.* Voces nempe בתולה מעקשה, quas Graeci non legerunt, habendae procul omni dubio pro ἐξηγητικῷ Glossemate; qualia in sublimioribus Hebraicae poëseos monumentis frequentia.

Tale, exempli gratiâ, *Psalmo. XXXII.* 9. occurrit in verbis לבלום בכל קרב אליך. Ita enim legendum pro בל קרוב. Atque illa vertenda; *recalcitrando*, quam notionem verbo בלם obtigisse Castellus auctor est, *in omnes, qui ad te appropinquant.* Pariter *Psalmo. XXXV.* 8. voces בשואה יפול בה duo istius versus membra parallela explicant. *Psalmo XXXVII.* 20. phrasis intellectu difficilior כיקר כריב כלו. *instar pinguedinis arietum*, id est, *toti*, *consumentur*, adjectâ gaudet interpretatione בעשן כלו. *in fumo consumentur*, id est *instar holocausti*, *in fumum sursum adscendentem diffluentis*, atque hanc ob rem עולה appellati.

Immo, ne plura ex *Psalmis* adferamus, carmen illud elegantissimum *Jes. XXIII.* pluribus ejusmodi squalet interpolationibus; de quibus heic loci paucis commentari lubet, ut illud carmen, quantum fieri poterit, expolitum, atque illustratum, a nobis abeat. Hanc in rem breviori digressioni veniam roga-

gimus a censoribus, ceteroquin talem licentiam acerbius fere carpentibus.

§ XXIII.

Jes. XXIII. 2. 3. *et* 10. *illustrantur.*

Interpolationem sapere videntur voces יאור· תבואתה, *Jes. XXIII.* 3. adjectae pericopae, *Versibus* 2. et 3. comprehensae, atque ita constituendae;

דומו יושבי אי
סוחר צידון עובר ים מלאוך
במים רבים זרע שיחור · קציר
ותהי סחר גוים:

Heic יושבי אי, *incolae regionis*, sunt Phoenices generatim. Hi vero jubentur *triste servare silentium.* Verbum enim דום ab *oblinendi* notione ad *os obturatum*, et *silentium* transfertur; hoc vero *doloris* indicium; sicuti *Thren. II.* 10. *Jes. XLVII.* 5. et forsan *Jerem. VIII.* 14.; ad quem tamen locum vid. Cl. Michaëlis, *Obs. Phil. Crit.* atque auctores a Schleusnero in notis adjectis citatos.

Sequens membrum vertimus; *mercatores Sidonii mare transire soliti, te*, omnem regionem, *cibo compleverunt.* Nam מלא *distendere, farcire, implere*, speciatim *cibo*; quam notionem heic loci requirunt sequentia in membro tertio, ubi ante שיחור supplenda praepositio ב, ut membrum vertatur; *in mari satio, in*

Nilo messis, regionis Phoeniciae, cujus mercatores, dum alii ferebant, naves conscendere solebant, ut messis tempore in Aegypto frumentum coëmerent. Hunc jam membri sensum ut omnes probe caperent, ei a scribâ quopiam adsutum ἐξηγητικῶν יאר תבואתה, *fluvius*, quomodo Nilus κατ' ἐξοχὴν appellari amat, *proventus ejus*, regionis. Illas enim voces Graeci non habent. Nec cum praecedentibus apte cohaerent. Nam praeter quam quod vates vix aliter, ac תבואתך scribere potuisse videatur, vox תבואתה voci זרע minus scite opponitur.

Interim in quarto membro, ut id obiter etiam illustremus, voces ותהי סחר גוים, *atque eras forum gentium*, tantam frumenti copiam a Sidoniis Tyriisque mercatoribus ex aliis regionibus in Phoenicen comportatam fuisse indicant, ut ea regio esset instar horrei, quo undique frumenti comparandi causâ coiretur, atque unde vel ipsis Tartessiis annona advecta videtur. Hos saltem aliunde frumentum sibi coëmere solitos fuisse, intelligere videmur ex *versu* 10., ubi ipsis occinit vates, post Tyri exscidium, commercii cum Phoenicibus lucro deficiente, ipsis haud fore amplius, quo annonam coëmerent.

Hic enim sensus vocum אין מזח עוד *nulla amplius zona*, *zonam perdidisti*. Confer de postremâ hâcce dictione Erasmum, *in Adagiis*, et Wolfium, *Curis Philolog. ad Matth.* X. 9. Atque ob illum lucri defectum vates jubet Tartessiis, *terram suam juxta fluvium* co-

colere. Nempe illic pro עברי ארצך. Graeci, qui vertunt, ἐργαζου την γην σου, indicant, corrigendum esse עברי, sicuti, exempli gratiâ, *Genes. XLVII.* 21., pro לערים legendum לעברים, et pro העביר simillimum העביר; aeque ac II *Sam. XII.* 31., quo loco, ut hoc obiter notemus, indicio I *Chron. XX.* 3. pro מגרות legendum esse מגזרות. Porro in dicto *Jesaiae* loco כיאור est *juxta fluvium*, ὡς τον ποταμον, ut

ὡς το καταντες τουτο γεωλοφον —

apud Theocritum, *Idyl, I. vs.* 13.

§ XXIV.

Glossemata. Jes. XXIII. 4. 7. *et* 13. *obvia recensentur.*

Redeamus nunc ad carminis interpolationes, quarum novum exemplum offert *comma* 4. in vocibus מעוז ים Hasce ad praecedens ים adjecit sciolus, qui illud ים ad *Tyrum* referebat, cuique adeo vatis sententia ignota, is enim figurâ Poëticâ *Phoenices*, qui se tanquam maris filios jactabant, *pudefaciendos* canit, *quum mare sibi nullos unquam filios filiasve fuisse professurum.*

Aliud rursus glossema occurrit *versu* 7., ubi vocibus קדמתה יבילוה ab interprete, qui eas per *ab antiquo deduxerunt eam* explicabat, ac si de Phoenicibus ante saecula aliunde in suam regionem commigrantibus

ſermo esſet, adſcriptum legimus, *pedes ejus a longinquo ad peregrinandum.* Quod ſupplementum nobis quidem inſipidum videtur: dum neque apud Graecos apparet. Atque hi priora illa rectius verterunt, πριν ἢ παραδοθηναι αὐτην, ut totius loci ſenſus ſit. *Nonne haec vobis erat urbs exſultans a diebus antiquis, antequam in captivitatem abduxerunt eam?*

Iſtunc uſum vocis קדמתה confirmare videtur *Pſalm. CXXIX.* 6. Verbum autem יבל, de *valido fluxu* adhibitum, in Hiphil utique ſignificat, *vehementius fluere fecit, magno confluxu adduxit*, vel *abduxit, deportavit.* Quamvis, quod ὡς ἐν παρόδῳ, Feſti Jubilaei nomen ab hâcce notione vix peti potuiſſe videatur, acſi populum ad Feſti ſolemnia *confluentem*, et *vehementius effuſum*, ſignificasſet. Illud nomen ὀνοματοπεποιημενον fuiſſe, conſtare videtur ex loco *Exod. XIX.* 13. ubi abſolute pro *clangore* ponitur; ſicuti *Joſ. VI.* 5. קרן היובל *cornu clangoris* ſignificat.

Tandem ex Alexandrinâ verſione intelligimus, noſtri carminis *comma* 13., quod omnes, qui de Babylonicis Originibus commentati ſunt, pesſime habuit, bis fuiſſe interpolatum. Prius glosſema ſitum eſt in vocibus זה העם לוא היה. Hae vero ſuam ipſarum produnt originem a manu librarii, qui ſibi in animum induxerat, alios, quam Chaldaeos, fuiſſe illos ציים, quibus Asſyrii regionem, posthac a Chaldaeis habitatam, eâ ratione, quâ id factum fuiſſe in ſcripto *de ortu imperii Asſyriaci*, *pag.* 117. *ſqq.* oſtendimus,

mus, *fundarunt*; tunc vero adhuc *nullam exſtitisſe gentem Chaldaeorum.* Hoc enim interpolator memorato adſerto procul omni dubio ſignificare voluit.

Interim idem homo verbis Jeſaiae certo cèrtius adhuc inſeruit voces — הקימו בחיוניו עררו ארמנותיה — quae ſubindicant, vatem, quum de Chaldaeorum regione ab Asſyriis fundatâ loqueretur, Babylonem per Semiramin aedificatam ob oculos habuisſe, immo ad Cteſiae magnificas eâ de re fabulas reſpexisſe. Huc Jeſaiae dicta reſtringit auctor duplicis interpolationis; ſupponitque adeo rem, quum vates memorabat, antiquisſimo illo tempore fuisſe geſtam, quo Semiramin floruisſe ſcripſit Cteſias. Iſtoc interim tempore nullos adhuc exſtitisſe Chaldaeos adſerit vocibus זה העם לוא היה.

Verum enim vero Jeſaias cecinit procul omni dubio rem multo recentiorem, atque haud ita diu ante ipſius aevum geſtam. Tunc autem jam dudum exſtabat gens Chaldaeorum. Haecce enim non tantum *Jerem. V.* 15. *populus antiquus* appellatur. Verum ejusdem latrocinia, quae Jeſaiam moverunt, ut Chaldaeos nomine צי״ם ſalutaret, jam in principio *libri Iobi* memorantur. Immo ejusdem jam meminit auctor ſchedulae, quâ primae lineae Hiſtoriae Abrahami ducuntur, quamque *Geneſ. XI. ſqq. cap. XII.* 5, 6, 9, 10. *cap. XIII.* 1, 2, 3, 5, 6, 11, et 12., reperimus, quam vero aeque antiquam putamus, ac vetuſtam illam relationem Diluvii, de quâ ſupra ſententiam diximus.

In ſchedulâ illâ antiquiore locus, unde Abrahamus primum exortus, *vallis Chaldaeorum* vocatur. Gens itaque Chaldaeorum jam exſtitit, quo tempore illa ſchedula fuit exarata. Immo ſubindicat eadem ſchedula iſtanc gentem jam Abrahami tempore exſtitisſe, atque ipſum inde exortum fuisſe Abrahamum. Quâ de re quidquid ſtatuatur, gentem iſtanc multo antiquiorem credimus aevo, quo res ab Jeſaia memorata geſta fuit. Non potuit itaque vates ſcripſisſe voces, quas obelo notavimus, quibusque ex elegantisſimo carmine extruſis, hujuſce *comma* 13. inter *comma* 7. et 8. collocandum.

§ XXV.

Nomen Cittim, Daniel. XI. 30. *ad* Κητιεις *Italicus reſpicit.*

A carmine illuſtrato pedem referimus ad Ciliciae Κητιεις, quod non tantum in Cyprum, verum etiam in Italiam, coloniam deduxisſe credimus. Heic enim incolae antiquioris Latii, ante Latini regis tempora, id eſt, antequam *Latini* dicerentur, Κητιων nomen tulerunt; ſi fides teſtibus, quorum eam in rem verba citat Bochartus, *Phaleg. Lib. III. cap.* 5. Idem vero adhuc multo pluribus argumentis demonſtravit, inter Italiae incolas antiquiores fuisſe Κητιεις. Immo ad hoſce unice referendum esſe cenſet nomen *Cittim*, quoties in S. Codice occurrit.

Licet jam virum ſummum hâc in re modum

dam magnopere excreviſſe opinemur; licet nulla ratio dari posſit, quare id nomen minus ad eos, qui alibi, quam ad eos, qui in Italiâ fuerunt, Κητιεις referri posſit; licet ipſi id nomen jam in tribus S. Codicis locis ad alios extra Italiam Κητιεις pertinere demonſtraverimus: id nihilo minus duobus in locis ad Italicos illos Κητιεις referendum esſe arbitramur. Immo quoad alterum locum *Daniel XI.* 30. in explicatione Cl. Venemae, Bochartianae hypotheſi accommodatâ, acquieſcimus; lectorem ad ſummi illius viri *commentarium in Danielem* ablegantes. Alter vero locus, *Eſech. XXVII. 6.*, novam poſcere videtur explicationem.

§ XXVI.

Regiones Cittim, Eſech. XXVII. 6. *ad Italiam referuntur.*

Navim elegantisſimam, ditisſimi emporii emblema, talibus vates adloquitur.

Quercus e Baſane fecerunt remos tuos;
Asſeres tuos fecerunt
שנבתאשורים מאיי-כתים;

Hae vero voces Hebraicae plurimos exercuerunt interpretes. Multi, receptae litterarum ſeparationi inhaerentes, שן-בת-אשורים verterunt, *ebur filiam incesſuum*, quod de *ebore calcato*, id eſt, *ſub terra defosſo*, quale omni alii praeſtare doceat Plinius, exponunt. Sed non

non tantum nullos *Cetiorum regiones*, אי-כתים, quae ebur tulerint, indagare potuerunt: verum etiam אשור quidem *incessum erectum* denotat, ab אשר, *emicare*, hinc *erecto corpore incedere*, nunquam vero *calcare*.

Manum medicam admovit Cl. Michaëlis, *Spic. laud. Part. I. pag.* 111. *sqq.* legendum judicans, שן-בת-אשרים; ut vox אשר, *lucum*, *a micando*, *lucendo*, dictum significet, atque a *luco* ad quemvis *saltum* transferatur. Eam itaque lectionem exponit per *dentes Elephantum in saltibus degentium.* Pro nomine vero כִּתִּים punctis mutatis scribit כִּתַיִם, ut significet *Catajenses*; quos ultima Orientis, ad Sinae latus Boreale habitasse, Mullerus, *disquis. de regno Catai*, M. P. Veneto, et Haithoni Armeno, subjectâ, multis adgressus est demonstrare; apud quos vero Elephantum copia fuisset. Ingeniosam esse fatemur Viri summi conjecturam. Eam tamen haud amplectimur.

Multo minus interim adridet opinio Meibomii, in calce libri *de Fabrica Triremium*, inserti *Thesauro Graeviano. Tom. XII.*, qui tria facit membra.

Quercus e Basane fecerunt remos tuos;
Asseres tuos (fecerunt) ebur;
בת-אשורים מאי-כתים;

quae postrema explicat. *Praetoriola tua (fecerunt) arbores proceras ex oris Cetiorum.* Vocem בת pro בית vel בתי positam arbitratur, quoniam Graeci vertant οἴκους. Hiero-

ny-

nymus autem ad *Praetoriola* referat, id est, Tabernacula, in puppe aedificata, et, pro majore luxu et magnificentiâ, magis ampla, atque ornata. Vocem vero אשורים per *arbores proceras* exponit. Interim perperam adlegat Graecos. Ita enim de *navi* minime cogitarunt. Eorum οἶκοι ἀλσώδεις *praedia*, sive *palatia sylvestria*, indicant, qualia Persarum regibus ad Paradisos fuisse docet Brissonius, *de regio Persarum principatu*, *Lib. I.* § 78.

Propius ad nostram opinionem accessit Bochartus, qui, *l. l.* veram explicationem in novâ litterarum separatione quaerendam ratus fuit, ac שנבתאשורים divisit in שן-בתאשורים, has vero voces transduxit, *ebur buxo opere variegato insertum*; tandem vocibus אי-כתים praeter Italiam, Siciliam quoque, Sardiniam, et Corsicam, in quâ posteriore insulâ, Theophrastus, Diodorus, et Plinius, buxorum genus praestantissimum reperiri tradiderint, comprehendi putavit. Nobis autem ejusmodi opus variegatum in קרשי, quae vox *tabulata dedolata*, *asseres*, *quibus cortex derasus*, significat, etiamsi heic de *transtris* adhiberi concederemus, nimis pretiosum videtur. Ne urgeamus, hâc etiam littèrarum divisione, voces מאי-כתים potius ad שן, quam ad vocem תאשורים, referendas fore.

Hanc ob rem nos, quoad reliqua, a Bocharto discedimus, atque ipsum in eo tantum sequimur, quod buxos retinendas, adeoque utendum putemus novâ litterarum separatione; in quâ locis vitiosis vera saepius me-

medela sita est; cujus ope, verbi gratiâ, *Psalmo XXXII. 6.* pro vulgari lectione לעת מצוא רק לשטף ubi hodierni litterarum Orientalium amatores vocem רק, ut *misericordiam* denotet, cum Arabico رق conferunt, legendum censemus כעת מצוא רקל שטף et vertendum, *quo tempore penetrat velociter currens inundatio*, ad vocem מצוא adhibita notione, quam Arabico مضى esse monet ὁ πάνυ Schultensius, *Comment. ad Job. XI. 7.* atque ad vocem רקל collato Arabico رقل, cum significatione, quam Giggejus ei adscripsit.

Interim Hebraica supra conjunctim adlata distinguimus שנב-תאשורים, quod per *dorsa buxorum* explicari posse putamus. Nam, nisi plane fallit memoriâ, penes Giggejum, qui nunc haud ad manum, voci שנב vicinam aliquam reperimus, quae *dorsa arborum*, id est, *exteriores dissectarum asseres*, denotat; maxime vero parallela essent;

Remos tuos fecerunt quercus e Basane;
Tabulata tua dorsa buxorum ex oris Cetiorum.

Et quoad posteriores hasce voces, buxos, quas Theophrastus, aliique, in Corsicâ omnium praestantissimas fuisse dixerunt, in Italiâ, penes τῆς Κιτιαῖς, satis bonas quoque repertas, atque a Phoenicibus, Esechiele antiquioribus, illinc potius, quam e Corsicâ, peti solitas fuisse, e loco modo emendato colligimus.

Ab

Ab hacce enim conjecturâ nos minime absterret objectio, in Bochartianam sententiam deprompta per Cl. Michaëlis, quae vero nostrae magis adhuc officere non nemini forsan esse videbitur; *buxum* nempe, in Libano quippe obviam Phoenicibus e transmarinis regionibus petendam non fuisse. Haec, scilicet, objectio sponte suâ solvitur, si observes, Phoenicum ab Esechiele tangi luxum; hunc vero impellere potuisse Phoenices ad materiem, in Libano obviam, sed in Italiâ paullo meliorem, hinc saepius petendam.

§ XXVII.

Vestigia nominis Cittim *in Macedoniâ.*

Τῶν Κητιέων parte e Ciliciâ in Cyprum Italiamve, transjiciente, parte vero in sede patriâ remanente, ceteri, cum aliis antiquioribus incolis Ciliciae, terrestri itinere Graeciam versus commigrarunt. De quibus multi in Mysiâ, demonstrante Palmerio, *Graec. ant. Lib. I. cap.* 8. a Κητείοις quoque habitatâ, haeserunt, plures vero Hellespontum transmiserunt. Hique magno adeo numero fuisse videntur, ut Japetidarum, eo tempore e Ciliciâ in Graeciam commigrantium, tertiam fere partem fecerint.

Istanc enim regionem inter tres diversos populos divisam fuisse, supra jam diximus. Hi itaque tres populi reperiri debent inter familias *Ionum*, *Genes.* X. 4. memoratas. Interim ex illis populis jam duos ibidem nomi-

minibus *Elisa*, et *Dodanim*, comprehendi supra demonstravimus. Igitur, quum nomen *Tarsis* alio referendum sit, illic unum superest nomen *Cittim*, quo alibi in S. Codice της Κητιεως venire jam ostendimus, quodque adeo, quum in Hebraicâ Genealogiâ tertium eorum, quos Orientales *Jonum* nomine complexi sunt, populorum designavit procul omni dubio, huncce populum e Κητειοις constitisse indicat.

Hocce jam ulterius liquet ex nomine *Macedonum*, quod isti populo proprium. Id enim nomen derivatum a *Macetiâ*, quomodo Macedonum regionem vocat Gellius, *Lib. IX cap.* 3. et quomodo eam regionem inter antiquos dici solitam fuisse testatur Hesychius, *in voce* Μακετια: rem confirmante nomine *Macetum*, quod in illo Statii, *Achill. I. vs.* 202.

„„ *Nec Macetum gens dura placet* — "

et saepius apud eundem Statium, atque Ausonium occurrit. Interim *Macetia* eâdem ratione, a *Cetiorum* nomine fluxit, quâ § 9. vidimus, a *Gog* formatum esse *Magog*, nomen της Γωγαρηνης, a Stephano et Strabone memoratae, et sicut ibidem demonstravimus, habendae pro sede gentis, cui *Gogorum* nomen inhaesit.

Aliud των Κητειων vestigium in Macedoniâ praebet *Citium*, urbs in istâc regione, cujus meminit Livius, *Lib. XLIII. cap.* 51. cujusque nomen, quum plane conveniat cum nomi-

mine urbis, a Κητιεῦς in Cypro exſtructae, oſtendit ejus conditores Κιτιειων, Κιτταιων, vel Κητιειων, nomen geſsiſſe. Quod ulterius probat auctor *Lib. I. Maccabaeorum*, cujus *capi VIII.* 5. Philippus ejusque filius Perſes, Κιττιεων βασιλεις vocantur, cujusque *cap. I.* 1. Alexander e terrâ Κιττιειμ egresſus esſe dicitur; dum eundem, tanquam מיד-כתים *emicantem*, pingit Bileamus, *Num. XXIV.* 24.

§ XXVIII.

Tractus Cittim, Num. XXIV. 24. *deſignat Macedoniam.*

Moabitici regis vates Bileamus, *l. l.* fata vicinarum gentium exſequitur, atque ultimo loco adſerit Asſyrios, a quibus Cenei in captivitatem abducerentur, tandem victos iri a fortioribus, qui ſuâ vice etiam esſent perituri; de quibus vero loqui exorſus, ſecundum vulgarem lectionem, *verſu* illo 24. infit, וצים מיד כתים.

Pro hiſce jam aliquando legendum conjiciebamus, יוצי מיד כתים, ut prior vox esſet Futurum verbi וצי, cognati τον וצא et יצא, atque adeo voces illae יוצי מיד exacte reſponderent Graecae verſioni ἐξελευσεται ἐκ χειρων. Atque pro ſequentibus ענו אשור ענו עבר ſcribendum credebamus ſingulare ענו: ſicuti *Geneſ. XVIII.* 2. et *cap. XIX.* 1. ſcribendum יִשְׁתַּחוּ pro ישתחו, et *Pſalm. XXXII.* 9. pro חֲיֵי forma ſingularis חָיֵי, a

 ra-

radice חיו, cujus vestigium etiam superest in היו תחית *Genes. XVIII.* 8.

In praesenti illud quidem יוצי in Codice, quo Graeci utebantur, obtinuisse credimus, et forsan etiam in Codice, qui Samaritano ad minum fuit librario, penes quem prima commatis vox scribitur ויוצאים, quod in textum recipere voluit doctissimus Hyde, *de religione, Veterum Persarum, cap* 2. Praeferimus autem ויצי, compositum e copulâ et nomine צי, quod, quoties pro substantivo usurpatur, *plumam, pennam, alam,* significare, in hisce *Actis, Tom. II. pag.* 147. *sqq.* docuimus; quod vero heic participiali, potius quam substantivâ, vi gaudere videtur, ut *celerrime evolantem bellatorem* indicet.

Verbum nempe נצה, haud secus ac יצא, de *expeditionibus bellicis* adhiberi potuit. Huc autem vocem צי hoc in loco tendere, argumento verba sunt sequentia, quae, si singulari numero uti modo fecimus, scribantur, *insigni* cuipiam *bellatori* unice conveniunt, vertenda quum sint, observatâ genuinâ vi verbi עדן, *succum*, id est *opes, vires, Assyriorum exhauriet, exhauriet opes Transeuphratensium.* Quod quisnam eximius bellator facturus sit, aliquomodo demonstrant vel ultima commatis verba, וגם הוא עדי אובד.

Heic vocem עדי vellemus vertere *hostem impetuosum*, ac *vehementem;* quoniam apud Arabes عدوّ *hostis* est, et vox عدي de *impetu hostili*, et *vehementi* usurpatur, ut Ibn *Do-*

Doreidi *carmine*, *vs.* 38. atque uti Hebraicum quoque עדי usurpatum videtur in saepius citato *Psalmo XXXII.* 9. ubi voces אבין הין במתג ורסן עדיו vertimus, *cujus impetus vix freno lupatoque compescitur.* Quodsi vero vox עדי in oraculo Bileami substantivâ ejusmodi vi fuisset adhibita, vates, uti nobis quidem videtur, vix dicere potuisset וגם הוא עדי אובד, sed dixisset, וגם העדי הזה אובד.

Quam ob rem cum Graecis, qui vocem עדי verterunt ὁμοθυμαδὸν, eam vocem adverbialiter sumtam credimus, et locum integrum vertimus, *Bellator evolans e tractu Cetiorum opes Assyriorum exhauriet, exhauriet opes Transeuphratensium, atque ipse ille vicissim etiam periturus.* Hocce jam bellatore designari autumamus Alexandrum, quam celerrime e Macedoniâ evolantem, atque illorum, qui Orientis imperium ab Assyriis accepere, Transeuphratensium opes exhaurientem: ipsum vero mox suâ vice pereuntem, ut יד-כתים in Bileami oraculo *Macedoniam* indicet, illud autem oraculum sit argumento, *Citios*, vel *Cetios*, tenuisse Macedoniam.

§ XXIX.

Notatur Glossema penes Herodotum, quo seductus Cl. Michaëlis Pelasgos in Graecâ versione Genes. X. 2. *inter Japetidas recenseri fuit opinatus.*

Huc usque tres diversos, inter quos omnis

fere Graecia divisa fuit, populos, unâ cum Tartessiis, ad unam eandemque Japetidarum familiam, quae, postquam magnâ parte in Graeciam commigravit, *Ionum* nomine inter Orientales venit, retulimus; adeoque, non solum Genealogiae Hebraicae, *Genes.* X. obviae, *comma* 4., sed Graecorum etiam, quoad majorem gentis partem, origines, quantum fieri potuit, explicuimus.

Agendum restat de Pelasgis, quos, stabilem heic illic in Graeciâ sedem nactos, et cum reliquis Graecis permixtos, ejusdem quoque generis fuisse, ab Alexandrinis saltem interpretibus, qui *Genes.* X. 2. voces και 'Ελισα ad suum 'Ιαυαν adjecerunt, inter Japetidas relatos esse voluit Cl. Michaëlis, *Spicil. laud Part. I. pag.* 41. ubi illos interpretes nomine 'Ελισα reliquos Graecos, altero 'Ιαυαν Pelasgos, complexos fuisse statuit, ac provocavit ad Herodotum, qui *Lib. I. cap.* 56., *Pelasgos generis Ionici* fuisse adseruisset.

Verum enim vero, quae illic, post verba de Croeso in Graecos inquirente, Ἱϛορεων ἐυρισκε Λακεδαιμονιυς και Ἀθηναιυς προεχοντας, τυς μεν τυ Δωρικυ γενεος, τυς δε τυ Ἰωνικυ; post haec verba quae sequuntur, non tantum seriem interrumpunt, atque ad ea, in quae Croesus inquirebat, nihil faciunt, verum insuper hisce premuntur difficultatibus.

I. Si constructionis ordinem sequaris, *Pelasgica gens Dorici* dicetur *generis*, *Hellenica Ionici*, quum tamen mox *Dorus Hellenis* dicatur *filius*. Ut huncce nodum solverent inter-

terpretes rem invertere conati sunt, ut *Hellenes Dorici*, *Pelasgi* vero *Jonici generis* dicantur: sed aeque invitâ constructione, atque Historiâ, quae horum auctorem verborum, utcumque explicentur, a veri tramite aberrasse ostendit. Dorum enim, aeque atque Ionem, Hellenis propagini adscribit, Pelasgis vero cum eâdem nihil omnino commune fuisse docet.

II. Scrupulo haud facile eximendo fuit interpretibus id, quod sequitur, *Pelasgos* οὐδαμα κω ἐκχωρησαι, *Hellenicum vero populum* πολυπλανητον καρτα *fuisse*. Posterius enim alibi fere de Pelasgis traditur. Quare Laur. Valla, in versione, hoc ad illos transtulit. Sed obstat series, haud secus atque illa, quae mox de Doribus adferuntur, quaeque in fine, *cap.* 58. de tenuibus Pelasgorum in sedibus extendendis progressibus leguntur. Ut hujus loci auctorem a communi omnium fere Historicorum traditione discrepare intelligas.

III. Vox Μακεδνον, quae Dorum aliquando fuisset Epitheton, explicari nequit, nisi inde colligas, auctorem putasse, Dores Pindum habitantes Macedonibus originem dedisse; quamvis hi ab Hellenibus, adeoque a Doribus, alibi sollicite discernantur.

IV. Eos ex Hellenibus, qui jam, quum τετραπολιν occuparent, hanc regionem *Dorida* dici fecerunt, diu post demum, quando ab Heraclidis in Peloponnesum ducti fuissent, *Dores* appellari coepisse, quâ facie dicatur, nulli novimus.

V. Quae tandem de Pelasgorum dialecto ad-

adferuntur, auctorem prodere videri poterunt Grammaticum, eum vero rerum vetustarum haud ita peritum, quum Atticam gentem, origine Pelasgicam, olim eâdem linguâ usam fuisse putet, quâ Pelasgi, qui e Thraciâ in Graeciam commigrarunt, adeoque Thracicos hosce Pelasgos cum ceteris, qui *Pelasgorum* nomen tulere, confundat; licet ipse Herodotus, *Lib. II. cap.* 51. et 52. Thracicos illos Pelasgos discernat ab incolis Aegypti, ex quorum medio reliquorum Pelasgorum prodierunt aborigines.

Ob hasce praecipue rationes ea, quae *Lib. I. cap.* 56—58., post adlata Herodoti verba leguntur, Historicorum patre minus digna, et sciolo cuipiam librario potius adscribenda esse videntur. Cui conjecturae favet id, quod recentiores Herodoti editores adserunt, illa omnia, unâ cum decem sequentibus *Capitibus*, ab antiquo in multis codicibus omissa fuisse. Hinc enim colligimus, eos, qui Herodotum privato describebant usui, glossemate, quod tria *capita* occupavit, offensos, operam in eo perdere noluisse, simul vero se decem sequentibus *capitibus* carere posse arbitratos esse, quum Graecas res satis novissent, atque ad Croesi potius expeditiones festinarent; haecce igitur etiam ab iis omissa esse; licet ea ab ipso Herodoto profecta fuisse ostendant voces και ταυτα μεν δη ταυτα, initio *cap* 69. obviae.

Hisce ob oculos habitis, nemo facile opinabitur, Alexandrinos interpretes, *Genes.* X. 2, ideo voces και 'Ελισα nomini 'Ιωυαν adjecis-

cisse, ut Pelasgos ad Japeti quoque progeniem referrent. Interim eosdem e contrario pro Japetidis minime habendos esse, demonstrant sequentia, quibus variorum Pelasgorum origines diversissimas explicare conabimur.

§ XXX.

Pelasgorum antiquissimi Argivi, quorum coloni fuerunt Arcades, Spartani, atque Aegialenses.

De Pelasgis Dionysius Halicarnasseus, *Lib. I. pag.* 14. Ἠν γαρ δη το Πελασγων γενος Ἑλληνικον ἐκ Πελοποννησε το ἀρχαιον. Ἐχρησατο δε τυχαις δυσποτμοις, ἐις πολλας μεν και ἀλλας, μαλιστα δε ἐις την πολυπλανον τε, και ἐδαμες τοπε βεβαιην, ὀικησιν. — Πρωτον μεν γαρ περι το καλεμενον νυν Ἀχαικον Ἀργος ᾤκησαν ἀυτοχθονες. ὡς ὁι πολλοι περι ἀυτων λεγεσιν. Posterius hocce adsertum, Pelasgos Peloponnesiacos primum circa Argos habitasse, confirmant, qui, referente Palmerio, *Graec. ant. Lib. I. cap.* 9. *pag.* 41. *sqq. Pelasgum*, patrem illorum Pelasgorum, scilicet! Argivum, atque Inachi, vel Phoronei filium, vel Phoronei ex Niobe nepotem, dixerunt. Idem confirmant Apollodorus, *Lib. III. pag.* 165. *Ed Fabr.* atque alii, qui ab istoc Pelasgo satum dicunt *Arcadem*, aeque ac *Pelasgus* ipse, ex gentis nomine confictum.

Interim gentile nomen *Arcas*, unde fluxit

 Ar-

Arcadia, ne hoc silentio praetermittamus, derivatum ab *Arca*, ארקא, id est, *tractu terrae in longum protenso, spatioso*, et *continente*. Ita vero τῶν Ἀρκαδων regio appellata esse videtur ab Argivis, illam regionem occupantibus; quos sub Arcade, Pelasgi illius Argolici nepote, latere putamus. Nam susque deque habemus ea, quae Hesiodus, secundum Apollodorum, *Lib. II. initio*. et Servium, *ad Aeneid. Lib. II. vs.* 83. aut quae ipsi Arcades, secundum Pausaniam, *in Arcadicis, initio*, de *Pelasgo, terrae filio, atque in ipsâ Arcadiâ genito*, tradidere. Haecce paria traditis, quibus Arcades αὐτοχθονες, immo προσεληνοι, dicebantur.

Porro antiquitatem Argolicorum illorum Pelasgorum confirmant, qui, referente Eusebio, *ad A. M.* 3478. et Syncello. *pag.* 149. Phoroneo Argivorum regi filium fuisse tradiderunt *Spartum*, confictum e nomine *Spartae*, quomodo Laconum urbs a dispersis, sive raro heic illic aedificatis, domibus appellabatur. Illius enim traditi auctores nobis indicio esse videntur, Spartam ab Argivis fuisse conditam. Tandem illam Argolicorum Pelasgorum antiquitatem extra omnem dubitationis aleam collocant, qui ab ipsis genus derivant Aegialensium, quibus etiam *Pelasgorum* nomen adhaesisse testatur Herodotus, *Lib. VII. cap.* 49. Illud autem fit, uti jam § 13. observavimus, ab auctoribus fabulae, quâ *Aegialus*, της αιας ιαλυ, *terrae litoreae*, personam agens, Inachi filius vocatur; atque

ab

ab illis, quibus idem *Aegialus* Sparti frater, Phoronei filius, adeoque Inachi nepos, appellatus fuit, et quorum tradita Syncellus, *l. l.* fecutus eft.

§ XXXI.

Ex Aegypto advenere Danai, Argivorum antiquisfimi. Quae vero ante illorum adventum Argis accidisſe feruntur, res Aegyptiacas ſapiunt.

Ipſorum Argivorum genus ex Aegypto repetendum esſe demonſtrant ipſi Argivi, qui gentis regem antiquiorem *Danaum*, a quo ipſi *Danaorum* nomen accepisſent, ſcilicet Aegypti fratrem fuisſe, atque ex viciniâ Aegypti in Peloponneſum commigrasſe, adſeruerunt. Danaos nempe, qui ſub iſto latent Danao, pro omnium Argivorum antiquisſimis, pro gentis urbisque conditoribus, habendos esſe perſuadent ſequentia.

Plinius, *H. N. Lib. VII. cap.* 56. „„ Navem primus in Graeciam ex Aegypto „„ Danaus advexit. Ante ratibus navigabatur, invertis in mari Rubro inter inſulas.”” Apollodoro *Lib. II. pag.* 78. dicitur Danaus, ὑποθεμενης Ἀθηνας ἀυτῳ, ναυν πρωτος κατασκευασαι, την κληθεισαν Πεντηκοντορον. *Marmor* autem *Arundelianum* Ἀφ' ὑ ναυς . . η . . . : ων ἐξ Ἀιγυπτυ ἐις την Ἑλλαδα ἐπλευσε, και ὠνομασθη Πεντηκοντορος, ἐτη ΧΗΗΔΔΔΠΙΙ. Ubi raſuram alii per ΤΩΝ ΒηΛΙΔων ſupplent.

Nobis autem praeplacet ΠΡΩΤῃ ΔΑΝΑῶν. vel ΛιΒΥων; quod posterius Palmerio, *Exerc. in script. Graec. pag.* 684. adrisisse videmus; ut *Chronicon* illud *Marmoreum*, cum Apollodoro, et Plinio, adserat, nullam ante Danaos navem ex Aegypto in Graeciam navigasse.

Hocce jam confirmatur observatione Cl. de Pauw, qui Gallice editis *Disquisitionibus Philosophicis de Aegyptiis et Sinensibus Tom. I. pag.* 28. docet eos, qui Nili ostiis propriores erant, in palustri regione, ligno plane destitutos fuisse. Hanc ob rem vix alii inter Aegyptios longae navis fabricam potuerunt invenire, quam Danai, ad quos pertinet id, quod Apollodorus, paullo ante locum citatum, Δαναον μεν' ὐν Βηλος ἐν Λιβυῃ κατῳκισεν. Danaos itaque primos omnium Aegyptiacae ditionis hominum in Graeciam transjecisse credimus.

Si igitur ante Danaorum adventum Argis reverâ tale fuisset regnum, quale Veteres tradiderunt, huic nihil cum Aegypto commune fuisse oporteret. Interim non tantum inter illos, qui ante Danaum Argis regnassent, *Argus* ex urbis nomine confictus: verum is, qui Argo praecessisset, Apis, secundum Apollodorum, *Lib. II. initio* νομισθεις Θεος, ἐκληθη Σαραπις. Dum Eusebius, *ad A. M.* 3410. „, Niobae primae omnium mulierum „„ mixtus est Jupiter, de quâ nascitur Apis, „„ quem Serapin cognominant.'" Atque idem, *ad A. M.* 3454. „„ Ajunt hunc Apem „„ esse Serapin; siquidem, quum fratrem „„ Aegia-

„„ Aegialeum regem praefecisset Achaiae;
„„ ipse cum populo ad Aegyptum naviga-
„„ vit.'"

Porro Inacho filia fuisset Io „„ quam „„ Aegyptii'" secundum Eusebium, *ad A. M.* 3246. „„ mutato nomine Isidem vocant, et „„ colunt."' De eâdem Inachi filiâ idem Eusebius, *ad A. M.* 3685. „„ secundum non- „„ nullos Io in Aegyptum profecta, et ibi „„ Isis nominata, quae nupta postea Tele- „„ gono Epaphum genuit.'" Et de hoc Epapho Eusebius, *ad A. M.* 3708. „„ Epa- „„ phus, filius Io et Jovis, Memphim con- „„ didit, quum in Aegypto secunde regna- „„ ret.'" Insuper Inacho genitus fuisset Phoroneus, rex Argivorum, cujus nomen, sicuti jam in hisce *Actis*, *Tom. II. pag.* 145. observavimus, cum *Pharaonum* Aegyptiacorum regio titulo plane convenit.

Eum in modum illa, quae ante Danaorum adventum Argis accidissent, Aegyptum sapiunt. Ante Danaos itaque jam alios Aegyptiacae originis homines Argis habitasse statuendum foret, dummodo ante Danaos ex Aegypto Argos commigrari potuisset. Nunc omnia, quae Argolicis illis traditis cum rebus Aegyptiacis communia sunt, nobis indicio esse videntur, illa tradita magnam partem originem debere errori posteritatis, eas quoque majorum narrationes, quae res alibi gestas complectebantur, ad suam ipsius regionem pertrahentis. Ex illis itaque traditis nihil aliud colligimus, quam Argivorum majores posteritati narrasse, sibi aliquando fuisse

re-

regem Phoronem, sibi praeterea in honore fuisse jam, Epaphum, Apim, sive Serapin.

§ XXXII.

Inachi *nomen demonstrat, aliquam obtinuisse adfinitatem inter Argivorum majores, et Cananitas.*

Interim Argivorum majores, quos in Aegypto habitasse ex modo observatis liquet, adhuc supradicti meminerunt Inachi, quem plures sequioris aevi Argivi tanquam antiquissimum gentis regem praedicarunt, alii vero fluvium, non hominem aut regiâ saltem potestate haud praeditum, fuisse opinati sunt, Phoroneum pro omnium antiquissimo Argivorum rege habentes, uti constare poterit ex eruditissimi Marshami *Canone Chronico, pag.* 15. *et* 84. *Edit. Franequer.*

Inachi istius nomen, aeque ac *Phoronei*, non fuit proprium, sed appellativum. Posterius hocce *regem*, quales erant Aegyptiaci illi Pharaones, significare, satis elucet ex Hygino, qui *Fab.* 143. „ Inachus, Oceani filius, ex Archiâ sorore suâ, procreavit Phoroneum, qui primus mortalium dicitur regnasse. Homines ante saecula multa sine oppidis legibusque vitam exegerunt, unâ linguâ loquentes, sub Jovis imperio. Sed postquam Mercurius sermones hominum interpretatus est, (sive variis linguis expressit,) item nationes distribuit, tunc discordia inter homines esse

„ coe-

„„ coepit. Quod Jovi placitum non est.
„„ Itaque exordium regnandi tradidit Phoro-
„„ neo, ob id beneficium, quod Junoni sa-
„„ cra primus fecit.'"

Inachus vero talem tantummodo civitatis moderatorem significabat, quales Graecis Ἀνακτας vocari Valckenarius, *ad Euripid Hippolyt. vs.* 88. observavit. Ita interim istoc nomine insigniebantur, quoniam erant plerumque *homines proceri*, quales ab antiquo prae aliis in *proceres*, et *principes*, eligi fuisse solitos, vel hisce indicat Pausanias, *in Arcadic. initio.* Μεγεθει μεν τοι, και κατα ἀλκην, και καλλος, προειχεν Πελασγος, και γνωμην ὑπερ τους ἀλλους ἠν, και τουτων ἑνεκα αἱρεθηναι μοι δοκει βασιλευειν ὑπ' ἀυτων.

Talibus longioris staturae hominibus nomen Ἀναξ proprium fuisse liquet ex iis, quae idem Pausanias, de insulâ juxta Miletum, *in Atticis, pag.* 66. τον Ἀστεριον ἐν ἀυτῃ ταφηναι λεγουσιν. Ἐιναι δε Ἀστεριον μεν Ἀνακτος, Ἀνακτα δε γης παιδα. Haecce, et paria apud Bochartum, *Canaan. Lib. I. cap.* 1. indicant, fuisse Gigantem istunc Ἀνακτα, aeque ac filium, de quo mox Pausanias; Ἐχει δ' ὀυν ὁ νεκρος ὀυδεν τι μειον πηχων δεκα. Porro Hesiodus. *Theogon. vs.* 859. immanem illum Typhoëa Κεραυνωθεντα vocat ἀνακτα, hocce nomen eâdem usurpat notione, quae inest Cananitico ענק.

Hocce enim nomen Cananiticum, *a torquendi et contorquendo, comprimendo, in longum extenuandi* notione (eâdem significationum adfinitate, quae inter μακρος et *macer* observatur) *longioris staturae homines, gigantes*, inter Ca-

Cananitas significasse colligimus ex *Deut. II.* 10, 11, 21. *Jos. XIV.* 12. 15. Heic enim absolute עֲנָקִים appellantur, qui *Deut. I.* 28. audiunt בְּנֵי־עֲנָקִים, qui vero in loco parallelo, *Num. XIII.* 33. a Speculatoribus Israëliticis, atque iterum ab auctore interpolationis, de quâ in supradicto *Ezra, scriptore quinque priorum et plerorumque aliorum lib. Hist. V. T. pag.* 58. *sqq.* egimus, נְפִילִים vocantur, id est *monstra horrenda, informia*, atque *ingentia*, quae antiquis valde timebantur, et quorum mentio *Genes. VI.* 4.

Hisce omnibus ad animum revocatis, eos, qui Inachum ante Phoroneum Argis regnasse scripserunt, inhaesisse credimus tradito, Argivorum majoribus, antequam proprie sic dictis *regibus* parerent, fuisse reipublicae moderatores insignes titulo עֲנָק. Atque ex ejusmodi tradito, ab Argivorum majoribus ad posteritatem delapso, colligimus, inter Argivorum majores, et Cananitas, aliquam obtinuisse adfinitatem.

§ XXXIII.

Danai adfines eorum, qui Graecis Phoenices. *Orientalibus vero* Cananitae *appellabantur.*

Adfinitas inter Cananitas, atque Argivorum majores, porro elucet ex illâ Bibliothecâ Apollodori, quae excerpta est ex vasto ipsius opere, quod viginti quatuor ad minimum libris omnia fere complectebatur, quae de

de rebus ab antiquo gestis Historici tradiderant. In illâ Bibliothecâ, *Lib. II. pag.* 77. Belus pater Aegypti, et *Danai*, fratrem habuisse perhibetur Agenorem, a quo sati Cilix, Cadmus, et *Phoenix*, pater Phoenicum, sive omnium generatim Cananitarum. Hi enim penes exteros veniebant nomine *Phoenicum*, quo Graeci Cananiticae gentis mercatores, navibus ipsos adeuntes, ob vestimentorum colorem insigniverunt.

Scilicet vestis Tyriae color Graecis φονιος et φοινος dicebatur, a φονος; quae vox, secundum Salmasium, *Exerc. Plinian. pag.* 935. *cruorem* denotat, unde quidem ad *caedem cruentam* transiit, verum *rubri* quoque *coloris* notionem habuit; sicuti in *Epistolâ ad Slothouwerum, de origine et causis casuum scribentem, gratulante et cohortante, ad Grammaticas innovandas*, conjecimus, significationem verbi אדם a notione vocis דם profluere potuisse. φοινικος igitur, quae forma vocis cito in φοινιξ transiit, Graecis dicebatur, quisquis ex Cananiticis mercatoribus in Graeciam appellens purpurae splendore, ipsis adhuc incognito, *rutilabat*.

En veram originem nominis φοινιξ, quod Fullerus, *Miscell. Lib. IV. cap.* 20. perperam derivat a nomine Idumaeorum, atque ipsius Esavi, qui alias אדום dictus, et Fullero latere videtur sub istoc *Erythra*, quem sinus Arabici accolis olim imperitasse, et mari Rubro nomen dedisse, apud veteres existit traditio. Nempe quam ob rem Oceano

In-

Indico *Rubri* maris nomen adhaeserit, docet Relandus, *Dissert. Miscell. Part. I. Dissert. II.* Atque e nomine maris Ἐρυθρᾶς, vel Ἐρυθραίας, natus rex Ἐρυθρᾶς. Huic nihil cum Esavo commune. Idumaeis vero nihil cum illis Ἐρυθραίοις, de quibus Dionysius, *Periegeseos versu* 905. *sqq.*

Οἱ δ' ἄλλοι ἐγγὺς ἐόντες ἐπώνυμοι ἤν Φοίνικες.
Τῶν δ' ἀνδρῶν γενεῆς οἱ Ἐρυθραῖοι γεγάασιν.

Idumaei Graecis nunquam Ἐρυθραῖοι. Et, ne hocce nomen apud Dionysium ad Idumaeos referas, insuper obstat auctoritas Hebraicarum Genealogiarum, quae Idumaeos ad Semidas, Phoenices vero referunt ad Chamidas. *Phoenicum* itaque *cognati* Ἐρυθραῖοι penes Dionysium appellativo nomine sunt *Rubri maris accolae.* Illam ob oculos habet fabulam de Phoenicibus ad mare Rubrum, de quâ supra § 20 et 21 sententiam diximus.

Interim iidem, qui Graecis Φοίνικες, Orientalibus constanter gentili nomine כנען audiebant; quod nomen, ipsis ante alias gentes commercii laude inclarescentibus, *mercatorem* significare, et pro appellativo coepit usurpari. Perperam enim Bochartus, *Phaleg. Lib. IV. cap.* 34. ipsos gentilis *Cananitarum* nominis puduisse statuit. Apud ipsum Bochartum, *ibidem loci*, videre est, ne Graecos quidem ignorasse, eos, quos ipsi Phoenices vocabant, *Cananitarum* nomine inter Orientales venisse. Quod iis diu inhaesisse, per nu-

numum Antiochi quarti tempore cusum probat Cl. Michaëlis, *Spicil. laud. Part. I. pag.* 166.

Immo vel in primo ex nostris quatuor *Euangeliis*, cuius duo priora *capita*, exceptâ solâ Genealogiâ, ex *Proteuangelio* hausta esse, reliqua vero Hebraice conscripti *Euangelii Ebionitici* versionem facere, in *Tentamine eruendae verae originis Euangeliorum aliorumque N. T. librorum* demonstrabimus; in istoc *Euangelio*, *cap. XV.* 22. χαναναια dicitur, quam Marcus, *cap. VII.* 26. Συροφοινισσαν appellat. Et Phoenicum colonos in Africâ gentile nomen adhuc multo diutius retinuisse constat ex Augustino, *Exposit. inchoat. Ep. ad Roman.* § 13. *opp. Ed. Benedict. Tom. III. pag.* 679.

Quum jam Apollodorus, aliique, horum Phoenicum genus derivent, ab Agenore, fratre illius Beli, qui Aegyptum quendam, et Danaum, illum Argivorum patrem, genuisset, supponunt adfinitatem manifestam inter Gentem Argivorum istosque Phoenices. Quae adfinitas sese insuper vel in ipso conspiciendam praebet nomine *Beli*, quo Danai pater ab Apollodoro cum suis, antiquiora procul dubio ipsorum Argivorum tradita secutis, insignitur; quo vero Phoenices pariter antiquissimum suae gentis heroa insigniverunt. Hinc enim, haud secus atque ex communi usu nominis ענק, aliarumque vocum, inter Argivorum majores, et Phoenices, merito colligas, illos ab antiquo communi fere linguâ gavisos fuisse.

§ XXXIV.

Danai *avus* Neptunus *idem*, *qui* Chamus, *pater* Canaänis.

Porro adfinitas inter Danaos et Cananitas mirifice confirmatur per consensum supra laudatae Hebraicae Gentium Genealogiae, cum memoratis traditis penes Apollodorum, aliosque, obviis. Sicut enim in Apollodori *Bibliothecâ*, *l. l.* legimus, Ποσειδωνος γιγνονται παιδες διδυμοι, Ἀγηνωρ και Βηλος; ita *Genes. X.* 6. *Misraim*, quod nomen utique Beli subolem, Aegyptios, complectitur, frater fuisse dicitur *Canaanis*, quo nomine praecipua proles Agenoris comprehenditur. Immo vel Chamo, patri *Misraimi* et *Canaänis* respondet ille Ποσειδων Apollodori.

Est quidem Bochartus, qui *Phaleg. Lib. I. cap.* I. Ποσειδωνα cum fratribus, et triplicem prolem Hebraici illius *Noachi*, exacte secum invicem convenire probaturus, Ποσειδωνα cum *Japeto*, *Jovem* vero cum *Chamo*, contulit, sed illius viri argumenta ficulneo prorsus tibicine nituntur. Nihil enim est subsidii in nomine Ζευς. Id non a Ζεω. *ferveo*, derivandum, ut significatione cum *Chami* nomine conveniat: sed convenit cum Orientali די, quod Graecis Δις sonuit, atque unde *dius*. *divinus*, *diespiter*, *deus*, et Θεος, pariter fluxerunt. Praeterea nulli credimus, Japetidas antiquissimum generis auctorem, quem Graeci Gigantibus terrigenis accensuerunt, honoribus di-

divinis mactasse. Et quo minus ipsum cum maris Deo conferamus, obstant sequentia.

Ποσειδωνος nomen, quo maris ille Deus inter Graecos utebatur, origine Libycum esse monet Herodotus, *Lib. II. cap.* 50. Immo sui temporis Aegyptiis incognitum fuisse adserit, in praecedenti *cap.* 43. Istius igitur nominis usum per Danaos ad Graecos translatum fuisse oportet. Et nihil est vero similius, quam ipsum Dei cultum per Danaos in Graeciam advectum fuisse. Praesertim quum maris imperium, quod isti Deo in Graeciâ adsignabatur, in ipsum quam facillime conferri potuerit a Danais, sese ipsius ope in maris transjectu incolumes servatos autumantibus. Sicuti idem Deus haud aliam ob caussam ab Italis pro maris Deo habitus fuisse videtur, quam quod ejus cultus ad hosce translatus sit a Nephtuchaeis sese in itinere maritimo ejus tutelâ gavisos fuisse autumantibus.

Etenim *Neptuni* nomen, quo Ποσειδων inter Italos veniebat, a *Nephtuchaeorum* nomine oriundum fuisse, jam suspicatus est Bochartus, *Phaleg. Lib. IV. cap.* 39. *in fine:* sed rei rationem haud explicuit. Nos, cum Cl. Michaëlis, *Spicil. laud. Part. I. pag.* 267. *sqq.* *Nephtuchaeos*, qui *Genes. X.* 13. inter Aegyptios recenseantur, habemus pro incolis regionis maritimae, inter Pelusium et montem Casium sitae; ubi aeque atque in Libyâ penes Danaos, major copia ligni, quam in Aegypto; unde itaque Italiam navigari potuit. Hinc in Italiam deducta videtur colonia

Nephtuchaeorum, qui illic *Neptuni* dicti, quorumque Deus tutelaris inter Italos *Neptunus* deus appellatus fuerit.

Si vero *Neptuni* nomen hâc fuit origine, Hebraicae Genealogiae ſcriptor communem Aegyptiorum et Cananitarum patrem iſtoc nomine inſignire minime potuit. Neque uti potuit nomine Ποσειδωνος, quod vix aliis notum fuit, quam Libybus, eorumque coloniis, reliquisque Graecis. Forſan nomen, quo Nephtuchaei eumdem heroa indigitarunt, aeque ignotum fuit Hebraeis. Saltem heros ille Hebraeo ſcriptori hanc ob cauſam *Chami* nomine videtur appellatus, quod inter regiones, ubi tanquam gentis conditor magis minuſve in honore fuit, esſent, quae ab incolarum cute aduſtâ, et nigricante, *Chemiae* nomen acceperant. Quomodo Aegyptum ab antiquis vocatam fuisſe, plures veterum, a Bocharto, *Phaleg. Lib. I. cap.* 1. citati, probant, et probat inſuper a Bocharto praetermisſus Heſychius, *in voce* Ἑρμοχοινιος, cujus loco cum Cl. Alberti legendum Ἑρμοχημιος.

§ XXXV.

Danai *pater* Belus *in Aegyptum concesſisſe legitur ex Arabiâ, unde* Phoenicis *pater* Agenor *in Phoenicen.*

Interim Hebraeus Aegyptiis, et Cananitis, jungit tertium Chami filium, nomine *Cusch*, quo in ſacris Hebraeorum litteris veniunt

niunt Arabes, eorumque coloniae. Hos itaque Hebraeus ille Cananitarum atque Aegyptiorum palam dicit adfines. Apollodori vero *Bibliotheca* tale quid ſubindicat. Illic enim, *Lib. II. cap* 77. talia; Ποσειδωνος γιγνονται παιδες διδυμοι, Ἀγηνωρ και Βηλος. Ἀγηνωρ μεν ȣν εις την Φοινικην ἀπαλλαγεις, κ. τ. λ. Βηλος, ὑπομεινας ἐν Αἰγυπτῳ, βασιλευει μεν Αἰγυπτȣ, γαμει δ' Ἀγχινοην την Νειλȣ θυγατερα, και γιγνονται αὐτῳ παιδες διδυμοι, Αἰγυπτος και Δαναος. Δαναον μεν ȣν Βηλος ἐν Λιβυῃ κατῳκισεν, Αἰγυπτον δ' ἐν Ἀραβιᾳ, ὁς και κατασκαψαμενος την Μελαμποδων χωραν (ἀφ' ἑαυτȣ) ὠνομασεν Αἰγυπτον.

Poſteriora haecce obſtant, ne quis ex prioribus de Belo atque Agenore colligat, id quod illic ceteroquin ſatis aperte traditur, eos in Aegypto natos, atque Agenorem ex Aegypto in Phoenicen conceſſiſſe. In prioribus illis referuntur tradita hominum, qui cuncta, quae genti ab antiquo acci͏diſſe ferebantur, in Aegyptum pertrahebant. In proximis *Bibliothecae* verbis exhibetur relatio adferens, Aegyptios in Arabiâ habitaſſe antequam potirentur regione, quae coeno per Nilum ingeſto pedes incolarum tingeret, iisque nigrore infectis Μελαμποδων cognomen incolis conciliaret. Uti vero haec traditio cum ſuperiore in ordinem redigatur, Aegyptus ex regione, ubi ipſius pater Belus habitaſſet, ſcilicet! in Arabiam relegatus eſſe, ex Arabiâ vero in iſtanc regionem denuo intraſſe, fingitur. Nobis poſterior traditio perſuadet, Belum iſtunc in hâc illâve Arabiae

plagâ quaerendum. Cui opinioni robur accedit ex ſequentibus, quibus docemur, ibidem loci degisſe Agenorem, iſtius Beli fratrem genuinum.

Hunc ex Aegypto in Phoenicen commigrasſe nemo facile crediderit. Eidem vero in Phoenice haud magis locus ſuppetit. Etenim in laudato antiquarum traditionum compendio, *Lib. III. initio*, narratur Agenor filios ad Europam filiam quaerendam ablegasſe; qui, eâ non inventâ, *detrectato ad patrem reditu*, την ἐις οἰκον ἀνακομιδην ἀπογνοντες, sicuti *pag.* 161. legimus, ἀλλος ἀλλαχȣ κατῳκισαν. Φοινιξ μεν Φοινικην. Κιλιξ δε Φοινικης πλησιον, και πασαν την (ὑφ᾽ ἑαυτȣ) κειμενην χωραν (ποταμῳ συνεγγυς Πυραμῳ) Κιλικιαν ἐκαλεσε.

Heic loci, ut id obiter obſervetur, verborum ordo conturbatus, et ποταμῳ συνεγγυς Πυραμῳ eo loco reſtituenda, ubi ὑφ᾽ ἑαυτȣ leguntur; hae vero voces in illarum locum reponendae, atque ad ἐκαλεσε referendae. Interim Phoenix illic dicitur, detrectato ad Patrem reditu, in Phoenicen commigrasſe. In hâc itaque regione Pater degere non potuit, adeoque ea, quae de hocce Agenoris domicilio ſupra leguntur, promanarunt a Phoenicibus, omnia, quae majoribus accidisſe ferebantur, in ſuam regionem cogentibus.

§ XXXVI.

§ XXXVI.

Sub Agenore, *atque* Ogyge, *latent reges Amlakitarum.*

Ut de vero Agenoris domicilio certiores evadamus, expendendum est traditum illorum Cadmi sociorum, qui Thebas in Boeotiâ condiderunt. Hi pro antiquissimo suae regionis principe non adeo Cadmi patrem *Agenorem* habuerunt, quam quidem *Ogygem*, vel *Ogygum*. Hunc enim Servius, *ad Eclog. VI. vs.* 41. diserte *Thebanorum regem* vocat. Eundemque Thebis addicunt Pausanias, *in Boeoticis*, *pag.* 548. et complures alii ex Veteribus. Neque horum fidem minuit Tatianus, qui contra Graecos, *pag.* 172. *Ed. Colon.* atque Eusebium, *Praep. Euang. Lib. X. cap.* 11. Κατα γαρ Φαρωνεα, τον μετ' Ιναχον, μνημονευεται παρ' Αθηναιοις Ωγυγος, ἐφ' ὁ κατακλυσμος ὁ πρωτος. Heic enim loci Tatianus *Atheniensium* nomine salutat Eleusinios, Atticae ditionis homines.

Nempe, secundum Eusebium, *ad A. M.* 3406. condidit „ *Ogigius* (leg. *Ogigus*; sicuti saepius *Dionysus* pro *Dionysius* rescribendum) *in Atticâ Eleusina. quae antiquitus vocabatur Acta*; seu potius *in Attica, quae antiquitus vocabatur Acta, Eleusina, etc.* Sic enim legendum esse constat ex eodem Eusebio, *ad A. M.* 3638. ex Plinio, *H. N. Lib. IV. cap.* 7. atque ex aliis. Porro, secundum Orosium in *Maestis Mundi*, *Lib. I. cap.* 7. idem *Ogigus Eleusinae conditor et rex erat.*

Pausanias vero, *in Atticis pag.* 71. de Eleusiniorum urbe; Ἐλευσινα δε ἡρωα, ἀφ' ὁ την πολιν ὀνομαζουσιν, οἱ μεν Ἑρμου παιδα εἰναι και Δαειρας Ὠκεανου θυγατρος λεγουσιν. Τοις δε ἐστι πεποιημενα, Ὠγυγον εἰναι πατερα. Haecce jam tradita, nobis arbitris, originem debent hominibus Thebanis, Cereris mysteria, sicuti infra videbimus, Thebis Eleusinem propagantibus.

Quod vero Thebani Ogygum tanquam antiquissimum gentis regem praedicarunt, hoc nobis persuadet, *Agenorem* a Thebanis appellatum fuisse nomine *Ogygi*, quod nobis quidem eodem fere redire videtur, quo *Agenor*. Scilicet Ὠγυγ est reduplicatum τȣ Ὠγ, vel Ἀχ, quod facit primam partem nominis Ἀγ — ηνωρ. Atque huius pars posterior, quae in Argivi regis *Gelanoris* nomine ἀνωρ audit, convenit cum Graeco ἀνηρ, atque Orientali אנוש, cuius Thema אנש, cum cognatis נשא, et נשה, proprie *laxum* et *remissum* quidpiam indicat. Ita נשה, unde *feminae* nomen, de *oblivione* adhibetur, atque opponitur τῳ זכר, unde *viri* nomen derivatur. Geminum נשא, ab eâdem *laxi* notione, transfertur ad *fatuitatem*, qui transitus quoque conspicuus in פתה, unde Latinum *fatuus*, sed אנש, ab eadem originariâ notione, tam ad *facilem humanamque indolem*, quam ad *debilitatem*, atque *aegritudinem*, translatum fuit. Ab *humanae* vero *indolis* notione derivandam credimus notionem τȣ אנש, *hominem* generatim, *virumve*, significantis.

Hancce vim τῳ Ἀνωρ, aut Ἡνωρ, etiam inesse

ſe opinati, credimus, 'Αγ — ηνωρ, cui a fabuloſi illius *Agenoris* perſonâ ſignificatio *viri ſtrenui* acceſſit, proprie *virum* — 'Αγ valuiſſe. *Ogygis* vero nomen ex reduplicatione tituli 'Αγ confectum esſe. Quum interim reduplicatus ille titulus in voce *Gigas* obvius esſe videatur, litteris inverſis; quomodo *Typhon* in *Python*, *Neitha* in 'Αθηνη, cesſit; ſuſpicamur, eos, qui ſuis maioribus quendam *virum* 'Αγ, aut quendam *Ogygem*, imperitasſe adſeruerunt, ad celebria illa Gigantum ſaecula, quando proceri 'Ανακτες gentibus imperitabant, reſpexisſe, ſpeciatim vero ob oculos habuisſe 'Ανακτας Amlakitarum, quorum poſteritatem regibus reduplicato titulo 'Αγ inſignibus gaviſam fuisſe, ex ſacris Hebraeorum litteris intelligimus.

§ XXXVII.

Danai *pater* Belus *reverâ nemo alius, quam Babylonis conditor Nimrodus.*

Igitur Agenorem collocamus in regione Amlakitarum, qui *Num. XXIV.* 10. *gentium origo* dicuntur, quosque praeſertim Cananitis originem dedisſe probavit Cl. Michaëlis, in *Disſert de Troglodytis Seiritis* § 3. *ſqq. de Nomadibus Palaeſtinae* § 4. atque, oratione contractâ, *Spicil laud. Part. I. pag.* 168. *ſqq.* Atque in eâdem Amlakitide quaerimus Agenoris fratrem geminum Belum, cujus filius Aegyptus ex Arabiâ in Palaeſtinam intrasſet.

Hocce laudatae *Bibliothecae* traditum, unâ cum adfinitate, quae illic inter Agenorem ipſumque Belum conſtituitur, nobis pro argumento eſt, utrumque ad iſtanc Arabiae plagam pertinere, quae diu nomen tulit *Amlakitidos*.

Quae ſententia porro egregie confirmatur per auctores, qui a Marſhamo, *Can. Chron. pag.* 110. citati ſunt, atque adſerunt, Belum iſtunc, Aegypti Danaique patrem, fuisſe conditorem Babylonis. Huic enim tradito ſi junxeris id, quod apud Hyginum, *Fab.* 274. legimus „, primum fuſtibus dimicave„, runt. Poſtea Belus Neptuni filius gladio „, belligeratus eſt," ex duobus illis traditis facile intelliges, Belum iſtunc neminem fuisſe alium, quam bellicoſum illum Nimrodum, quem ex Arabia in Meſopotamiam inferiorem irrupisſe, atque illic Babylonem condidisſe, e Genealogiâ Hebraicâ, cum aliis veterum teſtimoniis collatâ, conſtare videtur.

In illâ nempe Genealogiâ, *Genef. X.* 8. voces, *Cusch genuit Nimrodum*, procul omni dubio ſignificant, Nimrodum iſtunc ex Arabum familiâ, nomine *Cuſch* inſigni, prodiisſe. Ibidem loci porro legimus, illum *arte venatoriâ excelluisſe*, *et Babylone*, *atque in viciniâ*, *regnum aliquod condidisſe*. Illum igitur, popularium manu adſcita, in Meſopotamiam, ubi Cuſaeorum, reliquorumque Chamidarum majores, ut â cum Semidarum Japetidarumque majoribus, habitaverant, rediisſe, atque illinc pepulisſe oportet eos, qui, reliquis Semi-

midarum atque Japetidarum familiis sese per Asiam Europamque dissipantibus, illic resederant.

Istoc facinore perpetrato expeditionis socii ipsi concessisse videntur potestatem fere regiam, quam ab ejusmodi hominum armatorum ducibus, ubicumque locum habuit, exortam fuisse. observat Cl. de Pauw. *Disquisit. laud. Tom. II. pag.* 248. *et* 289. Saltem Cusaei, qui illo duce Babylonis regnum fundarunt, in ducem contulerunt titulum *Beli*, quo insignem sub regni Babylonici initiis illic regem fuisse vulgo veteres auctores sunt.

§ XXXVIII.

Res a Nimrodo gestae exponuntur, ejusdemque nomen explicatur.

Abydenus, apud Eusebium, *Praep. Euang. Lib. IX. cap.* 11. „„ Belus, regione divi„„ sâ, muris cinxit urbem,"" quam, secundum *Genes. XI.* 1. *sqq.* jam antequam Chamidae a Semidis atque Japetidis secederent, inchoatam fuisse statuendum est. Idem Belus, secundum Artapanum, apud eundem Eusebium, *l. l. cap.* 18. illic *πυργον*, *arcem* aedificavit, ubi ipse deinceps habitavit. Quod exemplum secuti Dejoces, aliique, a popularibus in principatum electi, et mox imperium regium ambientes, Tyranni. Atque Artapani relationem de Belo confirmat Ammianus Marcellinus, secundum quem, *Lib.*

III.

III. cap. 7. Babylonis „„ moenia bitumine „„ Semiramis ſtruxit. Arcem enim antiquis- „„ ſimus condidit rex Belus"" et Curtius, qui *Lib. V. cap.* 1. „„ Semiramis urbem con- „„ diderat, vel, ut plerique credidere, Be- „„ lus, cujus regia oſtenditur."" In iſtâc *arce regiâ* Belum ſepultum fuiſſe indicant, qui eam *Beli ſepulcrum* appellaverunt. Ejusdem vero *Templum* dici coepit, quam primum Babylonii ipſum, ſecundum Euſebium, in *Chronici initio*, ſibi Deum nominaverunt.

Illud interim nomen *Nimrodi*, quod *Geneſeos l. l.* occurrit, a Bocharto, *Phaleg. Lib. I. cap.* 2. collatum fuit cum Bacchi titulo Νεβρωδης, acſi hicce titulus ab iſtoc *Nimrodi* nomine fluxisſet. Sed Νεβρωδης fluxit a Νεβρις, *pellis hinnuli*, quâ Bacchus, idcirco alias Νεβριδο - πεπλος dictus, amiciebatur. Iſti itaque titulo nihil cum *Nimrodi* nomine commune eſt, ſicuti nec Baccho cum eximio iſtoc venatore; licet Bochartus ipſum nomen *Bacchus* derivet a בר־כוש, quomodo iſtunc venatorem appellari conſueſſe ſupponit vir eruditisſimus. Alii aliter de *Nimrodi* nomine. Plerique nobiſcum ſtatuunt, id homini non a ſuis impoſitum, ſed ab illis, quos Babyloniâ pepulerat. Mirum vero, neminem vidiſſe, hoſce uſos fuiſſe dialecto Aramaeorum, hinc itaque illud nomen explicandum esſe, et ſecundum ejus Dialecti flexiones facere 3. ſing. Fut. verbi מרד adeoque indicare *hominem, qui rebellare conſuevit, rebellem.*

Quae Etymologia eximie convenit cum con-

conjecturâ nobis ex *Genes. IX.* 25—27. enatâ, Chamidas a Semidis atque Japetidis, in Mesopotamiâ, cunctorum quondam communi sede, condemnatos fuisse ad opera servilia, atque ideo, antequam Semidae, atque Japetidae, a se invicem discederent, ex istâc regione aufugisse. Hoc enim posito, nihil est vero similius, quam eximium istunc venatorem aliquandiu postea ex illorum fugitivorum subole eos, qui arte et manu quam maxime valebant, delegisse ad vindictam ignominiae; hanc vero manum ab illis, qui in Babyloniâ restiterant, sed mox illinc pellebantur, Semidis pristinae servitutis opprobrio adfectam, ejusdem vero manus primipilum *rebellis* nomine appellatum.

§ XXXIX.

Arabes illi, qui post Chaldaeos in Babyloniâ regnasse leguntur, fuere Nimrodi socii Cusaei.

Memorati Semidae, ex inferiore Mesopotamiâ in superiorem compulsi, ad illam Aramaeorum familiam, quae nomen *Chaldaeorum* gessit, pertinuerunt, eorumque posteritas, sicuti in libro de *Ortu imperii Assyriaci*, *pag.* 152. observavimus, magnam partem per Semiramin in Babyloniam reducta fuit. Quo tempore hi Chaldaei narrasse videntur, ibidem suos olim habitasse majores, usquedum ab hominibus ex Arabiâ egressis pellerentur. Ejus-

Ejusmodi enim traditum postea inter Babylonios viguisse, ostendit Alexander Polyhistor, qui, apud Syncellum, *pag.* 78. aliquot Chaldaeorum principes ante omnes alios Babyloniam tenuisse adserit.

Immo Africanus, apud eundem Syncellum, *pag.* 90. et 92. ibidem post dispersionem populorum floruisse dicit imperium septem regum *Chaldaeorum*, annis 225., eorum vero regnum suscepisse *Arabes*, ex quibus sex reges Babyloniam per annos 215. obtinuerint. Arabibus tandem successisse *Assyriorum* illos reges Ctesianos, qui Babyloniae regnum annis integris 1460. tenuissent, a primo eorum Belo, usque ad Sardanapalum. Heic loci Africanus Belum regibus Assyriacis accenset; quoniam Ctesias suum Assyriaci imperii conditorem, Ninum, Beli filium dixerat. Alii vero, inter quos Eusebius, in *Chronici initio*, licet Ctesiam istâc in re sequantur, illinc haudquâquam concludunt, Belum a Ctesiâ regibus Assyriacis fuisse adnumeratum, sed ipsius filium Ninum primum regem Assyriorum nuncupant.

Quamcumque interim sententiam ex duabus illis diversis consentaneam arbitreris Ctesiae commentis, putida illa commenta, de quibus in libro citato egimus, nemini persuadeant, Belum inter illos, qui Babyloniae praefuerunt, continuo ante Assyriacorum regum seriem collocandum. Minime gentium! Sed Belus pro primo illorum sex regum Arabicorum habendus, qui Chaldaeorum regnum in

in Babyloniâ exceperunt. Et manifeſtus eſt error Syncelli, qui *pag.* 90. iſtunc Belum, alias *Nimrod* dictum, in primo rege illorum Chaldaeorum, qui ante Arabes Babyloniam tenuere, quaeſivit, hujusce regis nomini adſcribens, παρ' ἡμιν Νεμβρωδ.

Nobis arbitris, *Nimrod*, ſeu *Belus*, primus fuit e ſex iſtis regibus Arabicis, qui poſt antiquos illos Chaldaeos Babyloniam tenuerunt. Secundum vero inter illos reges locum, qui penes Syncellum, *pag.* 92. vacuus, replemus nomine *Mardoc-entes*, quod penes Syncellum primo loco apparet. Tertius rex Arabum fuit *Siſi-mordaeus*. Quartus *Nadius*, ſeu *Nabius*. Quintus *Parannus;* qui forſan ille *Amraphel*, cujus mentio fit in Hiſtoriâ Belli Sodomitici, *Geneſ. XIV.* ſextus *Nabonnadus*.

Sexti hujusce Arabis regnum, quod multo brevius regno plerorumque ex ſuperioribus, abruptum videtur, per Euphratem, cujus inundationibus Babyloniam, antequam aggeribus muniretur, ſubjectam fuisſe Abydenus, apud Euſebium *l. l.* atque alii, teſtantur. Euphratem ſub Nabonnado Babylonem, et maximam regionis partem, devaſtasſe, et continuas ejusdem fluminis exaeſtuationes, quas Semiramis, auctore Herodoto, *Lib. I. cap.* 184. prima coërcuit, in cauſâ fuisſe credimus, cur Africanus nullos Babyloniae reges repererit, inter ſex illos Arabes, atque imperii Asſyriaci, multis poſt illos ſaeculis demum erecti, dominos. Suboles vero Cuſaeorum, qui duce Belo regionem occupa-

pa-

paverant, flumini cedens magno se numero trans Tigrin recepisse videtur.

§ XL.

Euphrate Babyloniam inundante, Cusaei sese illinc trans Tigrin receperunt.

Trans Tigrin pluribus in locis apparent *Cusaei* nominis vestigia. *Ezr. IV.* 9. *Babylonii*, et *Susiani* recensentur inter colonos, ab Assaradino deductos. Iidem vero, *II. Reg. XVII. homines Babylone et Cutha oriundi* vocantur. Posterioris loci coloni omnibus Samaritanis nomen *Cuthaeorum* conciliarunt. Ipsorum vero urbs, seu regio, *Cuth*, vel *Cutha*, unde Samariam devecti, sicuti ex collato *Ezrae* loco constat, quaerenda in Susianâ, ubi reverâ regio, quae hodie etiam nunc *Cusestan* appellatur; atque in quâ jam ab Herodoto, *Lib. III. cap.* 9. Plinio, *H. N. Lib. VI. cap.* 27. Dionysio, *Periegef. vs.* 1015. Strabone, *Lib. XV.* et Ptolemaeo, *Cossaei*, et *Cissii*, collocati fuerunt; immo de quâ sermonem esse credimus in mendoso loco, *Act. II.* 9. ubi nos quidem pro Ἰουδαία legendum esse opinamur Κουθαία.

Ex istâc regione porro Cusaeorum illorum Babylonicorum propago longius versus Orientem divagata. Quam ob rem Κοσσαίους, vel Κισσαίους, ad Orientem Mediae, juxta Parthiam, atque in Uxiorum viciniâ, collocant auctores citati per Relandum, *Dissert. Miscell. Part I. Diss. I.* §. 19. Immo Abu'l feda, in *Descriptione Chowaresmiae*, *pag.* 8. *Ed.*

Ed. Grav. „„ Emporium Chowaresmiae il-
„„ lorum sermone *Cath*, كاث, dicitur.
„„ Quo dudum a flumine diruto nova urbs
„„ a Chowaresmiis aedificata in Boreali ri-
„„ pâ *Gihonis*,‟‟ id est *Oxi*. Idem vero Abu 'l feda, *pag.* 12. *Cath olim metropolis Chowaresmiae*, regionis ad os Gihonis illius sitae.

Porro plura oppidorum nomina, in quibus nominis *Cuthaei*, vel *Cusaei*, vestigia supersunt, per eundem Abu 'l fedam adleguntur; uti *pag.* 22. nomen urbis *Chus-Cath*; *pag.* 26. nomina oppidorum *Bares-Cath*, *Bodach-Cath*, *Bes-Cath*, *Caras-Cath*; *pag.* 50. *Ben-Cath*; *pag.* 56. *Shawa-Cath*, *Osbani-Cath*; *pag.* 58. *Ahsi-Cath*; *pag* 44. *Cash*, *regio atque urbs satis magna*; *pag.* 46. *Cashania civitas*; *pag.* 64. *Cash-gar*, *urbs magna*, *metropolis Turkestanae*. Tandem *Genes.* *II.* 13. *Cusaeorum regio*, *quam Gihon circumlabitur*, habenda pro regione vicinâ flumini Oxo; praeter quem nullum proprio *Gihonis* nomine fluvium norunt Orientales.

§ XLI.

Phoenices res a Cusaeis et Belo in Babyloniâ gestas ad suam gentem transtulerunt.

Cusaeorum longe adeo lateque per Orientem diffusorum majores, a quibus Chaldaeos Babylone pulsos vidimus, pro nomine *Arabum*, quo per Africanum insigniti, alibi nomen *Phoenicum* gerunt. Etenim Syncellus,

pag. 153. atque Eufebius, *ad A. M.* 3662., antiquiori aevo *Chaldaeos contra Phoenices dimicasse* adferunt. Et Prifcianus, interpres Dionyfii Periegetae, *vs.* 843. *fqq.*

,,, *Litora juxta*
,,, *Phoenices vivunt, veteri cognomine dicti;*
,,, *Quos misit quondam mare Rubrum, laudibus auctos,*
,,, *Chaldaeo nimium decoratam fanguine gentem*".

Hi fcriptores procul dubio Phoeniciis innixi fuerunt monumentis, in quibus Arabum illorum impetus in Chaldaeos Phoenicum genti adfcriptus, quoniam Phoenicum majores illam rem ab hominibus fuâ de gente exortis geftam fuisfe tradiderant. Id quod Phoenicum majores tradere potuerunt, fi fupponas, Arabes, quo tempore expeditionem in Babyloniam fufciperent, junctis adhuc cum Phoenicibus ufos fuisfe fedibus, immo duas illas gentes tunc adhuc vix magis, quam unius ejusdemque gentis familiae folent, a fe invicem fuisfe difcretas.

Huius vero rei teftes funt ipfi Phoenicum illorum pofteri, quotquot Babylonis urbem ab iftoc Belo, qui, Tyri poftea tanquam antiquisfimus gentis heros in honore habitus, *Tyrii* cognomen accepit, extructam fuisfe fcripferunt. Quomodo Dorotheus Sidonius, apud Julium Firmicum, citante Salmafio *Exerc. Plinian. pag.* 867.

'Αρχαιη Βαβυλων Τυριȣ Βηλοιο πολισμα.

Ta-

Talia referentes Phoenices argumento sunt, ipsorum majores, quo tempore Babylonis regnum a duce hominum ex Arabiâ in Mesopotamiam irrumpentium conderetur, partem adhuc fuisse gentis, ex quâ illi homines prodierunt.

Atque eundem prorsus in modum illi, qui Babylonici regni conditorem, Belum, Aegypti Danaique patrem fuisse tradiderunt, ostendunt, quorundam saltem Aegyptiorum majores, unâ cum Arabibus, in illâ regione, unde Babylonici regni Conditor in Mesopotamiam irrupit, habitasse, immo haud secus, ac Phoenicum Aborigines, familiam gentis, ex quâ heros ille prodiit, fecisse. Ad quam mutuam Aegyptiorum, Arabum, Phoenicumque adfinitatem demonstrandam facit insuper expeditio, quam ex Arabiâ in Aegyptum suscepere Pastores.

§ XLII.

Pastores ex Arabiâ irruperunt in Regiones Misraim.

Manetho, apud Josephum. *contra Apionem*, *Lib. I.* §. 14. Παραδοξως ἐκ των προς ἀνατολην μερων ἀνθρωποι το γενος ἀσημοι καταθαρσησαντες ἐπι την χωραν ἀνεστρατευσαν, και ῥαδιως ἀμαχητι ταυτην κατα κρατος ἑιλον, και τυς ἡγεμονευσαντας ἐν ἀυτῃ χειρωσαμενοι, το λοιπον τας τε πολεις ὠμως ἐνεπρησαν, και τα ἱερα των Θεων κατεσκαψαν, πασι δε τοις ἐπιχωριοις ἐχθεστατα πως ἐχρησαντο, τυς μεν σφαζοντες, των δε τα τεκνα

 και

και γυναικας εις δουλειαν άγοντες. Περας δε και βασιλεα ένα εξ άυτων εποιησαν, ῳ ὀνομα ην Σαλατις. Και άυτος εν τη Μεμφιδι κατεγινετο, τηντε άνω και κατω χωραν δασμολογων.

Ad postrema haecce Manethonis verba observamus, cum Bocharto, *Phaleg. Lib. IV. cap.* 27. Aegyptum ab antiquissimis inde temporibus quodam modo tripartitam, ac dividi solitam fuisse in regionem Thebaidos, Hebraeis aliquando, nomine ab ejus parte insigniori desumto, *Pathros* dictam, atque in illas regiones, quas Hebraei, quoties eas terrae *Pathros* opponebant, nomine duali *Mîsraim* complectebantur, quasque Manetho την άνω και κατω χωραν vocat, ex quibus ἡ άνω χωρα invasionis istius tempore metropolin habuit Memphin, ἡ κατω χωρα urbem, ad quam respiciens Manetho mox de Salati. Ευρων δε εν νομῳ Σάιτῃ (leg. Σεθροιτῃ) πολιν επικαιροτατην, κειμενην μεν προς άνατολην τυ Βυβαστιτυ ποταμυ, καλυμενην δ᾽ άπο της άρχαιας θεολογιας Ἀβαριν, ταυτην εκτισε τε, και τοις τειχεσιν ὀχυρωτατην εποιησε, κ. τ. λ.

Porro idem Manetho; Εκαλειτο δε το εθνος Ὑκσως, τουτο δε εςι Βασιλεις Ποιμενες. Το γαρ Ὑκ καθ᾽ ιεραν γλωσσαν βασιλεα σημαινει. Το δε Σως ποιμην εςι, κατα την κοινην διαλεκτον. Και ὑτω συντιθεμενον γινεται Ὑκσως. Τινες δε λεγυσιν άυτυς Ἀραβας ειναι. Interim Josephus ex eodem Manethone mox adfert diversam explicationem nominis Ὑκσως, ac si non *reges pastores*, sed *captivos pastores*, significasset. Quod magis convenit iis, quae Manetho de illoc nomine refert, id genti, non vero specia-

ciatim gentis regibus, fuisse inditum; quodque porro concinit iis, quae Manetho supra de ipsâ gente, fuisse ἀνθρωπους το γενος ἀσημους: dum haec gentis descriptio, atque illud nomen *Captivorum*, sive *mancipiorum*, ultimam originem debet conditioni ipsius soli Aegyptiaci, quae incolas ad agriculturam pelliciebat, iisque suadebat, ut curam pecoris in pratis a Nilo dissitis pascendi servis ac mancipiis plerumque committerent; unde ipsis oboriebatur contemtus pastorum, utpote hominum vilissimae fere conditionis.

Tales jam illi ἐκ των προς ἀνατολην μερων irruentes oppressores videbantur Aegyptiis, quum essent Arabes, vitae generi pastoritio fere deditti, atque ejusdem fere indolis, cujus hodie etiam nunc sunt Arabici illi Nomades, qui Aegypti prata peragrantur. Tanquam tales Arabes isti, post finitam ipsorum dominationem, in sacris Aegyptiorum libris diffamabantur; licet haud ita diu post subjugatam Aegyptum mansuescerent, et magis magisque in Aegyptiacos mores concederent. Hoc enim intelligere videmur ex Hebraicâ Josephi Historiâ, in quâ res eorum, qui Aegypto dominabantur, omnino moribus Aegyptiacis accommodatae sunt; si excipias Pharaonem, secundum *Genes. XL.* 11. vino utentem; cujus bibendi venia, secundum Cl. de Pauw, in *Disquisit. laudat Tom. I. pag.* 101., nulla erat Aegyptiacis regibus; cujus itaque palam poti mentio in istâc Historiâ demonstrat illic obvium Pharaonem unum ex

regibus illorum fuisse Pastorum, quorum Dynastiam, jam antequam Abrahamus in Aegyptum intraret, hanc regionem tenuisse, aliunde constat.

§ XLIII.

Inter Pastores, jam ante Abrahamum in Aegyptum irrumpentes, plures fuere Cananitae.

In nostro *Ezra, scriptore quinque priorum et plerorumque aliorum lib. Hist. V. T. pag. 45. sqq* monuimus, Mosen educatum in aula istius Thebanorum regis, a quo Pastores Arabicos victos, Aegypto tantum, non penitus fugatos, atque intra Abarim compulsos fuisse Manetho, l. l. auctor est, quem vero *Misphrag — Tout — Mosis* nomen gestasse ibidem observavimus. Interim Manetho, Pastores ante bellum, in quo tandem Thebanis, aliisque Aegyptiis, succubuere, annis 511. Aegypto imperitasse, adserit. Quodsi jam ab istoc Misphrag — Tout — Mose retro calculos agamus, illorum 511. annorum initium vel ultra nativitatem Abrahami adscendit. Et ne Manethonem nimis amplum temporis spatium imperio Pastorum adscripsisse suspiceris, obstat Herodotus, *Lib. II. cap.* 100. sacerdotes Aegyptios a Mene ad Sesostrin 330. reges enumerasse adserens, qui omnes viri Aegyptii, exceptâ unâ muliere, indigenâ, atque 18. regibus *Aethio-*

Aethiopicis; quos facile nobiscum pro *Arabicis* Pastorum regibus habueris, si memineris eorum, quae § 20. animadvertimus.

Igitur jam ante Abrahamum, aut saltem aevo Abrahami, immensus fere numerus ejusmodi Pastorum ex Arabiâ in Aegyptum irrupit, et quidem ex istâc Arabiae plagâ, unde Cananitas in Palaestinam exortos fuisse, ubi vero Cananitarum Arabumque aborigines junctis sedibus habitasse, supra vidimus, atque ubi utriusque familiae homines tempore illius expeditionis adhuc commistos fuisse intelligimus ex Eusebio, atque Africano, qui, apud Syncellum, *pag*. 61. eosdem Pastores, quos nonnulli, secundum Manethonem, pro *Arabibus* habebant, *Phoenicum* nomine insignivere. Ita Pastores penes Africanum, absque dubio haud aliam ob causam appellati fuere, quam quod inter eos multi essent homines familiae Cananiticae, cui *Phoenicum* illud nomen inter exteros commune fuisse § 33. vidimus.

Immo Pastores magnam partem ad Cananitas pertinuisse porro colligimus ex eo, quod adserit laudatus Manetho, post ipsorum abitum ex Aegypto ab ipsis conditam fuisse celebrem illam urbem Cananiticam, quae *Josuae XV*. 8. et *cap*. *XVIII*. 28 היבוסי היא ירושלים id est *Jebusaeorum urbs Jerusalem* dicitur, cuique nomen illud ירושלים a Pastoribus inditum fuisse recte adferere videtur idem Manetho. Namque ex *Jos XV*. 63. *Judic*. *I*. 21. et *II*. *Sam*. *V*. 6. constare poterit, urbem diu, antequam per Davidem

expugnaretur, id nomen tulisse. Praeterea vero ipsum nomen. ex שלם et ירוש compositum, et *possessionem pacis* significans, urbi optime imponi potuit a Pastoribus ex Aegypto sese illuc recipientibus. His enim usque ad abitum ex Aegypto continua bella cum Thebanis fuerant. Istis vero bellis tunc finem imposuerat pactum pacificum, quo sese ex Aegypto abituros promiserunt.

Nempe de bellorum istorum exitu laudatus Manetho. Τον δε Μισφραγ — Θουθ — Μωσεως υἱον Θουτμωσιν ἐπιχειρησαι μεν αὐτους δια πολιορκιας ἑλειν κατα κρατος, ὀκτω και τεσσαρακοντα μυριασι στρατου προσεδρευσαντα τοις τειχεσιν. Ἐπει δε της πολιορκιας ἀπεγνω ποιησασθαι συμβασεις, ἱνα την Αἰγυπτον ἐκλιποντες ὁπη βουλονται παντες ἀβλαβεις ἀπελθωσι. Τους δε ἐπι ταις ὁμολογιαις πανοικεσια μετα των κτησεων, οὐκ ἐλαττους μυριαδων ὀντας εἰκοσι και τεσσαρων, ἀπο της Αἰγυπτου την ἐρημον εἰς Συριαν ὁδοιπορησαι, φοβουμενους δε την Ἀσσυριων δυναστειαν, ἐν τῃ νυν Ἰουδαιων καλουμενῃ πολιν οἰκοδομησαμενους, τοσαυταις μυριασιν ἀνθρωπων ἀρκεσουσαν, Ἱεροσολυμα ταυτην ὀνομασαι.

§ XLIV.

Cananitarum Arabumque adfines fuerunt Pastores in Aegypto residui. Ceteri vero Aegyptii alius longe originis, et familia gentis Aethiopicae a Diluvio intactae.

Citata verba Manethonis certo certius tantummodo pertinent ad Pastorum regem, et mi-

milites e Pastoribus delectos, regisque fata secutos, non vero ad omnes omnino Pastorum familias, quae per supradictam ἀνω και κατω χωραν dispersae, atque antiquorum Aegypti incolarum reliquiis permixtae fuerunt. Harum enim familiarum pleraeque sese procul dubio jam Misphrag — Tout — Mosi submiserunt, et, magis magisque in Aegyptiacos mores concedentes, haudquâquam unâ cum rege et militibus in Abarim compulsae fuerunt, adeoque haud ex Aegypto abierunt, sed illic remanserunt, et cum illis Aegyptiis, quibuscum tandem Pastorum quoque regi atque exercitui tam bene convenit, in unam eandemque gentem coaluere.

Huic sententiae minime obstat Manetho. Eandem interim diserte commendat auctor saepius memoratae Hebraicae gentium Genealogiae, qui regiones nomine duali *Misraim*, apud ipsum latiore sensu pro omni Aegypto usurpato, comprehensas, quoad majorem partem, cultas fuisse indicat ab adfinibus Cusaeorum, et Cananitarum. Atque eidem sententiae mirum in modum favet Apollodori *Bibliotheca*, Nili ripas occupatas atque habitatas adserens ab hominibus ex Arabiâ exortis, Danaorumque in Libyam concedentium, et longius adhuc dissitorum Phoenicum, Cadmorumque, cognatis, adeoque ab hominibus alius longe originis, ac cujus illi erant Aegyptii, qui Pastores vicerunt.

Hisce enim Aegyptiis nihil commune cum illis ex Amlakitide exortis cognatis Danaorum,

rum, Phoenicum, et Cadmorum. Et regiones *Misraim*, si nullos alios, quam istius generis Aegyptios, habuissent incolas, in Hebraicâ Genealogiâ minime a Cananitarum Cusaeorumque adfinibus cultae dici potuissent. Illi nempe Pastorum victores Thebis erant oriundi, et genus ducebant ab illis Aegypti superioris incolis, quos a Diluvio immunes fuisse supra vidimus, quos vero Aethiopum propaginem fuisse docent observata Cl. de Pauw. *Disquisit. laudat. Tom. I. pag.* 20. *et Tom. II. pag.* 90. *sqq.*

§ XLV.

Ad Arabum Aegyptiorumque adfinitatem explicandam nihil facit colonia ex Arabiâ in Aethiopiam deducta.

Cusaei quidem Arabici, uti § 21. monuimus, coloniam in Aethiopiam deduxerunt; sed illinc nequâquam derivari potest origo Aethiopum Africanorum, aut incolarum superioris Aegypti. Omnes illae gentis Aethiopicae familiae multo fuerunt antiquiores colonis ex Aethiopum Asiaticorum medio in proprie dictam Aethiopiam missis. Hos enim colonos non tantum diu post Cataclysmum, verum etiam postquam Pastores in Aegyptum irruperunt, immo vel postquam Pastores Aegypti regnum Thebanis cesserunt, sedes mutasse oportet, siquidem Eusebius, *ad A. M.* 3579., traditum supra explicatum de istâc coloniâ collocat sub rege sexto istius Dy-

Dynaſtiae Thebaicae, cujus primus rex *Amoſis*, alias *Thout Moſis* dictus, Paſtorum abitum pepigit.

Hunc Euſebium, et paria fere tradentem Syncellum, ſecuti credimus. Aethiopes Aſiaticos, inſitae vagandi libidini morem gerentes, Aegypti vero aditu per Paſtorum victores Thebanos prohibitos, anguſtias freti inter Arabiam Aethiopiamque ſuperasſe, atque in iſtius freti promontoriis lapidibus congeſtis exſtruxisſe monumenta tranſitus, quale Israëlitae *Joſuae IV*. 8. 9. eodem fere tempore ad Jordanem conſtruxisſe leguntur, et quale ibidem, *cap. XXIV*. 26. 27. erectum dicitur in memoriam pacti cum populo initi; ſicuti Jacobus, ſecundum *Geneſ. XXVIII*. 18. *ſqq*. et *cap. XXXI*. 45. *ſqq*. pactum cum Labane, atque adhuc aliam rem haud minus memorabilem, ope ſimilis monumenti oblivioni eripuit.

Ejusdem moris veſtigia in Europae regione Boreali hodie etiam nunc obvia, monet Cleffelius, in *Praefatione* ad *Antiquitates Germanorum, potisſimum Septemtrionalium*. Ejusdem vero moris olim univerſalis egregium indicium esſe videtur id, quod interpres eorum, quae Sanchoniatho de Phoenicum originibus commentatus fuit, apud Euſebium, *Praep. Euang. Lib. I. cap*. 10. *pag*. 35., narrat, antiquisſimi Hypſuranii fratrem Uſoum, in memoriam incendii a vento quodam vehementiore in arido ſaltu excitati, ἀνιερωσαι δυο ϛηλας πυρι τε και πνευματι, και προσ-

κυ·

κυνηγιαις, ἅμα τε σπενδειν ἀυταις, ἐξ ὧν ἤγρευε θηρειων.

Haecce per Sanchoniathonem ex commentariis Aegyptiaci Taauti jussu concinnatis hausta originem videntur subindicare moris in Aegypto vigentis, ubi, secundum Cl. de Pauw, *Disquisit. laudat. Tom. II. pag.* 50. *sqq.* juxta fores Templorum duo constitui solebant Obelisci. Quem morem a Phoenicibus adoptatum esse testatur Herodotus, *Lib. II. cap.* 44. cuique fabrum Phoenicem in Salomonis templo exornando indulsisse intelligimus ex *I. Reg. VII.* 15. et *II. Chron. III.* 15—17. ubi columnis ab istoc fabro erectis inscripti fuisse narrantur tituli, quibus utique significabatur, templum id ab Aeoli Vulcanique impetu sartum tectum fore.

Quâ de re quidquid statuatur, in hisce *Actis, Tom. II. pag.* 162. locuti sumus de expeditione Neconis versus Indos; cujus occasione cultus Osiridis ad Indos propagatus ansam praebuit tradito, de Indis ab Osiride, seu Baccho, subactis. Istius expeditionis tempore Aegyptii supradicta ad fretum inter Arabiam atque Aethiopiam monumenta reperisse, exinde vero redeuntes eadem tanquam suum opus videntur praedicasse, ut eorundem structura in Aegypto deinceps illis nautis sit adscripta. Interim illos nautas ad Sesostris aevum transtulerunt Aegyptii, qui Neconis expeditionem rebus a Sesostri gestis accensuerunt; secundum Herodotum, *Lib. II. cap.* 102. Sesostrin in sinu Arabico naves com-

compegisse, et classem in mare Rubrum misisse, narrantes; immo, secundum Diodorum, *Lib. I. pag.* 35. Sesostris illam classem quadringentarum navium fuisse, atque oras maritimas usque ad Indiam subegisse, adserentes. Talia fabulantes Aegyptii monumenta illa a Sesostre erecta tradiderunt; immo, qui sciverunt, eadem in memoriam transmissi freti constructa fuisse, Sesostrin illud fretum magno cum exercitu superasse, atque ex Aethiopiâ in Arabiam transjecisse, finxerunt, teste Strabone, *Lib. XVI. pag.* 769.

Non obstante igitur tradito Aegyptiaco, de memoratis monumentis a Sesostre constructis, eadem a Cusaeis ex Arabiâ in Aethiopiam commigrantibus erecta credimus. Sed ab iisdem Cusaeis haudquâquam illam repetendam censemus adfinitatem Cusaeorum atque Aegyptiorum, quam supra memoravimus.

§ XLVI.

E Pastoribus in Aegypto versantibus exorti Danai, et Nephtuchaei, utrique Neptunum venerantes.

Adfinitatis, quam inter Aegyptios et Cusaeos Cananitasque, obtinuisse vidimus, nulla prorsus dari potest ratio, nisi plerasque Pastorum familias in Aegypto remansisse supponas, atque incolas regionum, quas Hebraei nomine *Misraim* latius adhibito complexi

plexi fuerunt, maximam partem ab illis familiis genus derivasse statuas.

Istâc vero hypothesi admissâ, Danai, arcto sanguinis nexu cum illis Aegyptiis conjuncti, atque interim, secundum eadem veterum tradita, a Belo Agenoris fratre sati, adeoque etiam adfines Cusaeorum et Cananitarum, procul omni dubio habendi sunt pro catervâ Pastorum, quae aliquamdiu post occupatam Aegyptum a reliquis *Pastoribus* discedens per Africae litora divagata sit; aeque ac Saraceni postea per Aegyptum in Africam irruperunt, ejusque oras maritimas subjugarunt. Interim si tale quid de Danais supposueris, ad eos referre potueris nomen *Phut*, quod in Hebraicâ gentium Genealogiâ nominibus *Cusch*, *Misraim*, et *Canaan*, ita jungitur, ut certo certius ad gentem adfinem pertineat.

Porro ab iisdem Pastoribus derivanda est origo Nephtuchaeorum, quos Neptuni cultum in Italiam contulisse vidimus; apud quos itaque cultus istius herois aeque viguit, atque apud Danaos, a quibus ille cultus ad Graecos fuit propagatus. Hicce cultus, genuinis Aegyptiis ignotus, nobis arbitris, demonstrat, Nephtuchaeos Danaorum fuisse adfines. Atque idem cultus, qui, secundum Philonem Byblium, interpretem Sanchoniathonis, apud Eusebium, *Praep. Euang. Lib. I. cap.* 10. *pag.* 38. inter Phoenices etiam fuit usitatus, Nephtuchaeos, aeque ac Danaos, Phoenicum consanguineos fuisse ostendit.

Cu-

Cuius rei aliud adhuc indicium suppeditat idem interpres Sanchoniathonis, *l. l. pag.* 37. scribens. Κατα τυτον χρονον οἱ ἀπο των Διοσκυρων, σχεδιας και πλοια συνθεντες, ἐπλευσαν, και ἐκριφεντες κατα το Κασσιον ὀρος, ναον ἀυτοθι ἀφιερωσαν. Haecce mox primo obtutu adfinitatem mutuam Phoenicum et Nephtuchaeorum confirmant. Interim ad eorundem pleniorem intellectum heic adhuc observanda veniunt sequentia.

§ XLVII.

Sanchoniathonis tradita de Cabiris.

Quinam in loco adlegato sint οἱ ἀπο των Διοσκυρων, liquet ex praecedentibus, in *pag.* 36 ubi idem Sanchoniathonis interpres antiquiori tempore fuisse narrat. Ἀμυνον, και Μαγον, οἱ κατεδειξαν κωμας και ποιμνας. Ἀπο τυτων γενεσθαι Μισωρ και Συδυκ. τυτ' ἐςιν ἐυλυτον και δικαιον Ὁυτοι την τυ Ἁλος χρησιν ἐυρον. Ἀπο Μισωρ Τααυτος, ὁς ἐυρε την των πρωτων ςοιχειων γραφην, ὁν Ἀιγυπτιοι μεν Θωωρ, Ἀλεξανδρεις δε Θωυθ, Ἑλληνες δε Ἑρμην, ἐκαλεσαν. Ἐκ δε τυ Συδυκ Διοσκουροι, ἠ Καβειροι, ἠ Κορυβαντες, ἠ Σαμοθρακες. Ὁυτοι, φησι, πρωτοι πλοιον ἐυρον. Ἐκ τυτων γεγονασιν ἑτεροι, οἱ και βοτανας ἐυρον, και των δακετων ἰασιν, και ἐπωδας.

Porro, post inserta quaedam diversi longe generis, idem Sanchoniathonis interpres *pag.* 37. Συδυκῳ, τῳ λεγομενῳ δικαιῳ, μια των Τιτανιδων συνελθυσα γεννᾳ τον Ἀσκληπιον. Atque iterum, *pag.* 39. Ἐλθων δε ὁ Κρονος ἐις Νοτυ χω-

χωραν, ἅπασαν την Αἰγυπτον ἐδωκε θεῳ Tααυτῳ, ὁπως βασιλειον ἀυτῳ γενηται. Ταυτα δε, φησι, πρωτοι παντων ὑπεμνηματισαντο οἱ ἑπτα Συδυκ παιδες Καβειροι, και ὀγδοος ἀυτων ἀδελφος Ἀσκληπιος, ὡς ἀυτοις ἐνετειλατο θεος Τααυτος.

Ex poſtremis hiſce, atque ex eo, quod ſupra *pag.* 38. legimus, *Saturnum Beryti urbem Neptuno, et Cabiris, agricolis, et piſcatoribus, dedisſe,* intelligere videmur, apud Sanchoniathonem ipſum obvium fuiſſe nomen *Cabirim*, Philonis vero esſe interpretamenta, quae *pag.* 36. occurrunt Διοσκουροι, ἠ Κορυβαντες, ἠ Σαμοθρακες; ſicuti ejusdem Philonis ſunt, quae praecedunt de Taauto, ὁν Αἰγυπτιοι μεν Θωωρ, Ἀλεξανδρεις δε Θωυθ, Ἑλληνες δε Ἑρμην ἐκαλεσαν; adeoque Philoni tribuendum esſe, quod *pag.* 37. pro *Cabirorum* nomine occurrat nomen *Dioſcurorum.*

Si Sanchoniathonem verbum ad verbum reddidisſet Philo, illic procul dubio ſcripſisſet, οἱ ἀπο των Καβειρων. Immo, ſi Sanchoniathonem recte intellexisſet, nunquam pro *Cabirorum* nomine poſuisſet nomen *Dioſcurorum.* Nam *Cabirorum* quidem nomen ſaepius datur Diis, qui, quoniam in Samothrace colebantur, aliquando *Samothraces* dicebantur, atque inter quos erant *Dioſcuri*, illi *fratres Helenae, lucida ſidera*, ut Horatio dicuntur. Sed alibi *Cabiri* ſunt illorum Deorum ſacerdotes, ut apud Strabonem, *Lib. X. pag.* 472. ubi a ſe invicem differre dicuntur variae relationes de ſacris Creticis Phrygiis, ſimilibusque, των μεν τους ἀυτους τοις Κυρησι, τους Κορυβαντας, και Καβειρους, και Ἰδαιους Δακτυλους,

λυς, και Τελχινας, αποφαινοντων, των δε συγγενεις αλληλων, και μικρας τινας αυτων προς αλληλυς διαφορας, διαςιλλοντων.

Eundem fere in modum Thebani, apud Pausaniam, *in Boeoticis*, *pag.* 578. 579. nomine *Cabirorum* utuntur, referentes ex antiquâ traditione; πολιν ποτε ειναι, και ανδρας ονομαζομενυς Καβειρυς; his ipsam Cererem hospitio exceptam arcana sacrorum commisisse. Ipse quidem Pausanias mox hosce homines vocat Καβειραιυς, ipsorum vero Deos *Cabiros:* sed ex relatione Thebanorum liquet, Sacerdotibus quondam nomen Καβειρων fuisse. Similiter penes ipsum Sanchoniathonem id nomen certo certius pertinebat ad Sacerdotes; licet Philo id tam *Dioscurorum*, quam *Samothracum*, et *Corybantum*, nomine interpretatus sit.

§ XLVIII.

Cabiri Sacerdotes Danaorum, Nephtuchaeorum, Pastorumque in Palaestinam concedentium, et reliquorum Cananitarum.

Sanchoniatho, in citatâ Genealogiâ, Cabirorum genus derivat a quodam *Mago*, sive *ignicolarum antistite*, et fratre cujusdam *Amuni*, per quem designatur *sacerdos solis*, solem enim Phoenicibus חמה dictum esse, ejusque fana חמנים appellata fuisse, observavit Bochartus, *Canaän*, *Lib. II. cap. ult.* Ex *Amuno* generatus Μισωρ indicat Sacerdotes *Aegypti*, quae regio aliquando מצור audie-

bat. Atque ὁ ἀπὸ Μισὼρ Τάαυτος est *Aegyptiacus* ille *Hermes*, quem cum Jablonskio, *Panth. Aegypt. Part. III. pag.* 168. *seq.* pro fictitiâ personâ ejusdem fere generis habemus, cujus fuit *Brama* apud Brachmanes Indicos; id est, pro personâ, sub quâ latet ipse ordo sacerdotalis, cujus inventa omnia ad Hermetem illum referebantur.

Hermeti, seu Taauto, apud Sanchoniathonem, respondent *septem filii Suduci* illius, qui praeterea genuit alios, οἱ καὶ [illegible] ἱερὸν, [illegible] τῶν [illegible] ἴασιν, καὶ [illegible]; sive qui ipsum genuit Aesculapium, Deum ejusdem fere naturae, cujus erat Taautus apud Aegyptios. Quidni igitur *septem* illi *filii Suduci*, *Cabirorum* nomine insignes, fuerint Sacerdotes illius ordinis, qui alibi *Corybantum*, *Curetum*, *Idaeorum Dactylorum*, et *Telchinum*, nomine veniebat? Et quidni Sanchoniatho, eos *filios Suduci* vocans, eos justitiâ et moribus venerabiles fuisse innuat? Nam *Sedek* Rabbinis quidem est *stella Jovis*; sed hujus appellationis ratio forsan in eo quaerenda est, quod Rabbini, Sanchoniathonis interpretem Philonem legentes, et *filios Suduci* per ipsum *Dioscuros* appellari videntes, Pollucis atque Helenae patrem Jovem sub *Suduco* latere collegerint.

Quâ de re quidquid statuatur, illi Cabiri, quibus unà cum Neptuno per Saturnum concessa fuisset Berytus, qui vero primi navigii construendi artem reperissent, quorumque fratres Medicinam excoluissent; immo qui jussu Taauti res a Sanchoniathone me-

memoratas primi retulissent, quorum tandem posteri σχεδιας και πλοια συνθεντες ἐπλευσαν, και ἐκφεροντες κατα τῳ Κασσιῳ ὀρει ναον αὐτοῖς ἀφιερωσαν —— isti Cabiri habendi sunt procul omni dubio pro hominibus é gente Cananiticâ, cujus familia *Pastorum* nomine insignis, diu in Aegypto versata, partim ad montem Casium haesit, partim in Libyam secessit, partim vero eâ, quâ diximus, ratione in Palaestinam irrupit.

Illorum Pastorum, et reliquorum Cananitarum, Sacerdotes dicti fuisse videntur *Cabiri*; quod nomen Phoenicio חבירים respondere, et *socios* notare, observavit Relandus, *Diss. Miscell. Part. I. Diss.* 5. quodque adeo eos inter se invicem arctâ collegii societate junctos fuisse indicat. Interim idem Sacerdotum genus utebatur nomine Κοιης, vel Κοης, quod, observante Bocharto, *Canaän, Lib. I. cap.* 12. ex Phoenicio כוהן desumtum fuit; et nomine Κορυβας, quod eodem plane redit, quo Hebraicum קורב, eum significans, *qui ad Deum appropinquat*. Id tamen *Corybantum* nomen illis praecipue usurpabatur orgiorum Cabiraeorum ministris, qui sedem in Phrygio monte Idâ fixerunt, et nobis exorti videntur ex Cananitis, quos plures in Asiam minorem, et vicinas insulas, colonos misisse, certum est, atque indubitatum.

§ XLIX.

Cananitarum coloni Solymi in Piſidiâ, Phoenices in Cariâ, Telchines in Rhodo, cui inſulae, aeque ac Delo, Tyroque, nomen fuit Aſteriae.

Primo loco Solymi, incolae Piſidiae, obſervante Bocharto, *Canaän, Lib. I. cap.* 6. origine fuere Phoeniciâ. Atque iidem, nobis arbitris, illorum propago fuere Paſtorum, quos ex Aegypto in Palaeſtinam conceſſiſſe atque *Jebuſaeorum urbem Jeruſalem* aedificasſe, vidimus. Hanc enim urbem aliquando *Salem* appellatam fuisſe conſtat ex *Pſalmo LXXVI.* 3. A quo urbis nomine illorum *Solymorum* nomen aeque fluere potuit, atque appellatio ipſorum Hieroſolymitanorum, qui ſaepius *Solymi* audiunt apud veteres.

Secundo loco vicinam Piſidiae Cariam *Phoenices* nomen tulisſe, atque in Cariâ montem aliquem, et vicum, *Phoenicis* nomine gaviſum fuisſe, obſervavit Bochartus, *Canaän, Lib. I. cap.* 7. ubi idem Cariae adverſam inſulam Rhodum Phoenices incolas habuisſe oſtendit, et quidem ex ſociis Cadmi, qui Neptuno templum ſtruxerint. Cum hiſce e Phoenice in Cariam, e Cariâ vero in Rhodum, commeasſe videntur Telchines, ſacris Cabiraeis operantes, ſeu ſaltem ejusmodi cognati Cabirorum, quales, ſecundum Sanchoniathonem, βοτανας εὗρον, και των δακετων ιασιν, και επωδας. Ab hâc enim arte incan-

cantandi ipsum *Telchinum* nomen fluxisse Bochartus, *l. l.* jam docuit. Hosce jam Telchines nonnulli quidem Sicyone arcessunt; illos, antequam se in Rhodum reciperent, Argivorum regi Phoroneo bellum intulisse scribentes: sed haecce fabula exorta ex traditione Danaorum, qui, antequam Argos appellerent, in Rhodum diverterunt, teste Diodoro, *Lib. V. pag.* 227. atque illic Telchines invenerunt, eos vero suae gentis homines fuisse tradiderunt; ex quo tradito posteritas collegit, Telchines alicubi in Peloponneso habitasse, etc.

Illi Telchines procul dubio praeter Neptuni cultum Rhodum invexerunt illam ἀνθρωποθυσίαν in honorem Saturni, quam in Rhodo locum obtinuisse refert Porphyrius, *de Abstinentiâ, Lib. II.* § 54. Iidem destruxere serpentes, quibus antea plena erat insula, idcirco *Ophiusa* appellata, observante Bocharto, *l. l.* Tandem Telchines iidem Rhodios docuerunt fabulam de suâ ipsorum insulâ quondam natante; cujus fabulae meminere scriptores citati per Bochartum, *Phaleg. Lib. III. cap.* 6., quaeque insulae conciliavit nomen *Asteriae*, quod Rhodo ab antiquo fuisse testatur Plinius, *H. N. Lib. V. cap.* 31.

Non tantum enim id nomen Delo, quondam pariter natanti, etiam inhaesisse demonstrant Callimachus, qui, *Hymno in Delum, vs.* 225.

Ἀστερίη ποντοιο κακον σαρον,

 Apol-

Apollodorus, *Lib. I. pag.* 11, 12. Hyginus *Fab* 53. Servius *ad Aeneid. Lib. III. vs.* 73., et Scholiastes Homeri, *ad Iliad. Δ. vs.* 9.; verum idem nomen *Asteriae* Tyriae insulae quondam etiam fuisse colligimus ex Cicerone, qui, de *Naturâ Deorum, Lib. III. cap.* 16. scribit „, Herculem, qui „, Tyri maxime colebatur, fuisse filium Jo„, vis, atque Asteriae, sororis Latonae." Ejusdem porro rei index illa videtur aquila, *Asteriae* nomine insignis, quam in Tyro insulâ mactatum fuisse, observavit Bochartus, *Canaan, Lib. II. cap.* 2.

Immo nomen *Asteriae* procul dubio derivandum a Phoenicio verbo סתר *latere*, ut oppositum fuerit nomini Δηλος, et Graece valuerit Ἀδηλος, seu Ληθω. Quo posito *Latona* soror *Asteriae* nata ex Graecâ versione nominis *Asteriae*, eâdem fere ratione, quâ diminutivum nominis *Romus*, seu *Remus*, *Romulum* peperisse demonstravimus, in brevi Originum Romanarum explanatione, praemissâ scripto de *Ortu imperii Assyriaci, pag.* 31. *sqq.* Nihilo minus ultima origo fabulae natantium ejusmodi insularum, atque ex Ponto emergentium, longius adhuc quaerenda, quam inter Phoenices. Hi talia edocti procul dubio a Pastoribus, in Aegypto, ubi paria fere de terrâ Diluvio coopertâ narrari consuevisse supra § 5. vidimus, versantibus, et doctrinam a subactis Aegyptiis acceptam ad plures Cananiticae gentis familias propagantibus.

§ L.

§ L.

Milesii coloni Cretensium, Cretenses vero e Palaestinâ oriundi.

Ex memorato tradito de terrâ Diluvio coöpertâ adhuc derivandum, quod Phryges, Corybantibus magistris usi, Tenedi insulae angulum, vel pagum, *Asteriam*, vel *Asterium*, ejusdemque insulae cultores antiquos *Asterios* vocarint, docente Bocharto, *Canaän*, *Lib. I. cap.* 9. Porro Pausanias, in *Achaicis*, *pag.* 398. Μιλήσιοι δὲ αὐτοὶ τοιάδε τὰ ἀρχαιότατα σφίσιν εἶναι λέγουσι. Ἐπὶ γενεὰς μὲν δύο Ἀνακτορίαν καλεῖσθαι τὴν γῆν. Ἄνακτός τε αὐτόχθονος καὶ Ἀστερίου βασιλεύοντος τοῦ Ἄνακτος. Mox vero idem Pausanias coloniam e Cretâ Miletum missam narrat. Hujus itaque coloniae figmentum procul dubio fuit ille *Asterius Anactis filius*; sicuti a Cretensibus confictus ipsius Cretae rex *Asterius*, seu *Asterio*, qui solus Cretensium originem Phoeniciam satis demonstraret, etiamsi illa aliunde vix liqueret. Sed pro illâ adhuc militant sequentia.

Non tantum Bochartus, *Canaan*, *Lib. I. cap.* 15. ex Herodoti *Lib. IV. cap.* 147., atque ex aliis, ostendit, Cadmi quosdam socios in Therâ insulâ, Cretae vicinâ, sedem fixisse: sed insuper in Cretam delata fuisse legitur Europa, filia Agenoris, soror Cadmi et Phoenicis, aut hujus Phoenicis filia, secundum alios. Namque Apollodorus, *Lib. III. pag.* 159. Ἄγηνωρ δὲ παραγενόμενος εἰς τὴν

Ἐυρωπην (Φοινικην legas, nam *Lib. II. pag.* 77. dicitur Ἀγηνωρ ἐις τὴν Φοινικην ἀπαλλαγεις) γαμιει Τηλεφασσαν, και τεκνει θυγατερα μεν Ἐυρωπην, παιδας δε Καδμον, και Φοινικα, και Κιλικα. Τινες δε Ἐυρωπην ὐκ Ἀγηνορος, ἀλλα Φοινικος, λεγυσι.

Haecce Europa, a Jove rapta, atque ex Jove gravida, in iſtoc antiquarum traditionum compendio, *pag.* 161. Cretenſi regi Aſterio nupſiſſe, hic vero ex eâ natos liberos, Minöem, Sarpedonem, et Rhadamanthum, educasſe legitur. Paria Diodorus Siculus, *Lib. IV. pag.* 183. Sed Euſebius, *ad A. M.* 3735. „„ Europae, filiae Phoe-„„ nicis, mixtus eſt Jupiter. Quam poſtea „„ Aſterius Cretenſium rex uxorem acci-„„ piens, Minöem ex eâ, et Rhadamanthum, „„ et Sarpedonem, procreavit. ‟ Atque idem Euſebius, *in Chronico Graeco*, *pag.* 27. de Europâ, Ἀυτη δ' ἠν Ἀστερια τυ Κρητων βασιλεως γαμετη. ἐξ ἡς ἐσχεν τρεις ὑιυς, Μινωα, και Ῥαδαμανθον, και Σαρπηδονα, ὁι και Διος ἐμυθευονται παιδες ἐιναι. Hanc Euſebii ſententiam ſi ſequaris, antiquisſimum iſtunc Cretenſium regem habere poteris pro *Saturno*, cujus nomen, aeque ac nomen *Aſterii*, a סתר fluxiſſe, lippis notum eſt ac tonſoribus; cui vero, cujusque filiis, cum Saturno, ejusdemque filiis, tam multa convenire oſtendit incomparabilis ille Newtonus, in *opere Chronologico*, *pag.* 158. *ſqq. verſionis Gallicae*, ut Aſterium, Saturnumque, pro unâ eademque perſonâ fictitiâ, et quidem pro effigie mundi

ante

ante Diluvium florentis, ſed Diluvio tandem ſuccumbentis, habendos cenſeamus.

§ LI.

Cretenſes partim e Cananiticâ familiâ Ceretum, partim vero ex vicinis Philiſtaeis exorti.

Quidquid de Aſterio ſtatuas, ſub ejus uxore Europâ, in Cretam deductâ, latet procul dubio colonia Phoenicum, quae in Cretam commigraverit, antequam Cadmus cum ſuis e Palaeſtina abiret, cujusque ſedem Cadmus ille inveſtigaverit. Atque iſtanc coloniam Bochartus, *Canaän*, *Lib. I cap.* 15. recte derivasſe videtur e familiâ Cananiticâ, quam *Ceretum* nomine gaviſam fuisſe, atque in Philiſtaeorum viciniâ degisſe, vir ſummus demonſtravit. Hanc Ceretum familiam Cretae primos a Diluvio incolas dedisſe, eidemque inſulae nomen impoſuisſe, credimus. Immo ab iisdem Ceretibus derivamus nomen *Curetum*, quod iis, qui ſacris Cabiraeis in Cretâ operabantur, inhaeſit.

Huic enim nomini communem cum *Cretae* nomine originem fuisſe, aliquomodo oſtendit Plinius, qui *Hiſt. Nat. Lib. III. cap.* 12. de Cretâ „„ Doſiades eam a Cretâ Nymphâ, „„ Heſperidis filiâ; Anaximander a rege „„ Curetum; Philiſtides, Mallotes Crates, „„ primum *Aëriam* dictum, deinde poſtea „„ nonnulli *Curetin*, et *Macaron*, a tem- „„ perie caeli, appellatam exiſtimavere."

 Por-

Porro Eusebius, *ad A. M.* 3237. „, Creta „, dicta a Crete indigenâ, quem ajunt unum „, Curetarum fuisse." Hinc colligimus, ipsis Curetibus proprie nomen fuisse *Ceretum*, quod in *Curetum* nomen permutatum sit a Graecis, Cretenses illos Sacrorum Cabiraeorum ministros haud satis distinguentibus a *Curetibus* prope Epirum, quorum nomen ex fonte longe diverso fluxit.

Hi enim *Curetes* ita dicti, quasi כורתים, *exscindentes*, ἀπο του τεμνειν την κουραν; quâ in re sequebantur Oraculi Dodonaei sacerdotes, qui Homero τομουροι appellati, et τεμενοι nuncupati a Sophocle, in versu conservato per Stephanum, *Fragm de Dodone*, *pag.* 6. et secundum ineditam Is. Vossii emendationem sic constituendo.

Νυν δ' ου τεμενες Δωδωνες, ου'τε Πυθικων
Γυη τις ἀν πεισειεν.

Creticis vero Cabiris nomen illud *Curetum* accessit a gentili nomine *Ceretum*, quod Ikenius *Diss. de Crethis et Plethis*. § 8. recte derivat ab arte *sagittandi*, verbo כרת significari solitâ, atque in Cretâ diligenter exercitâ, Ceretibus vero perquam familiari; ex quibus hanc ob causam sumti Davidis satellites כרתי, sic appellati nomine gentili; sicuti homines, quos Athalia in eorum locum delegit, Cares quum essent, *II. Reg. XI.* 4. et 19., gentili quoque nomine כרי appellantur; licet iis juncti רצים, et Davidici פלתי,

מלטי, appellativo tantum nomine *veloces*, *celeres*, ἡμεροδρομοι, notante, insigniti fuerint.

Porro Cretenses illi sacrorum Cabiraeorum antistites, in antro montis Idae degentes, *Idaei Dactyli* audierunt, testibus illis, quos citat Marshamus in *Canone Chronico*, *pag.* 256. *sqq.* Hinc colligimus, eos sese *Phoenices* dixisse, ut se ad eandem Cananitarum gentem pertinere indicarent, quam *Phoenicum* nomen inter Graecos tulisse supra vidimus; Graecos interim autumasse, eos sese istoc Φοινικων nomine cum *palmis* comparare voluisse, eamque adeo Φοινικων appellationem cum vulgatiori *palmarum* nomine δακτυλος commutatam fuisse.

Interim Ceretibus, in Cretam commigrantibus, comites, et socii, immo fortasse vel duces, fuisse videntur Philistaei. Hoc enim ostendunt ea, quae Gazaeis et Cretensibus communia fuisse post Bochartum observavit Marshamus, in *Canone Chronico*, *pag.* 254. Confirmant autem haecce Humeri, *Odyss.* *XIX. vs.* 177.

Κρητη τις γαι' ἐςι μεσῳ ἐνι οἰνοπι ποντῳ
Καλη, και πιειρα, περιῤῥυτος· ἐν δ' ἀνθρωποι
Πολλοι, ἀπειρεσιοι, και ἐννηκοντα πολῆες
'Αλλη δ' ἀλλων γλωσσα μεμιγμενη· ἐν μεν 'Αχαιοι,
'Εν δ' 'Ετεοκρητες μεγαλητορες, ἐν δε Κυδωνες.
Δωριεες τε τριχαϊκες, διοι τε Πελασγοι.

Heic 'Ετεοκρητες videntur esse *Ceretes*, διοι τε Πελασγοι *Philistaei*; quorum nomen non nisi ter-

terminatione tantum differt a nomine Πελαργων, et non tantum illorum Cretensium, verum etiam Argolicorum, aliorumque omnium *Pelasgorum*, nomen peperisse videtur; quum omnes illi Pelasgi aut ab ipsis oriundi, aut ipsorum quodam modo cognati fuerint.

§ LII.

Regio Capthor, *unde egressi Philistaei, haud designat Cyprum, sed partem Thebaidos, quae omni* Aegypto *nomen dedit.*

Philistaei, secundum *Amos.* IX. 7. *e regione Capthor exierunt. Jerem.* XLVII. 4. vocantur *reliquiae terrae Capthor.* Et *Deut.* II. 23. *Capthoraei, ex Capthor egressi*, deletis Aboriginibus, *terrae tractum circa Gazam occupasse* dicuntur. Illam *regionem Capthor* Cl. Michaëlis, *Spicil. laud. Part. I. pag.* 302. *sqq.* in Cypro insulâ quaesivit. Et reverâ demonstravit, ipsum *Cypri* nomen ex nomine *Capthor* fuisse exortum. Nihilo minus alibi indaganda illa *regio Capthor*, ex quâ Philistaei egressi sunt. Eos enim illinc, antequam Israëlitae in Palaestinam intrarent, in hujusce regionis litus commigrasse, e citato loco *Deuteronomii* intelligimus. Si vero e Cypro coörti fuissent illi *Capthoraei*, qui deinceps *Philistaei* appellati fuerunt, eorum adventus in Palaestinae litus introitu Israëlitarum in Palaestinam multo fuisset recentior.

Quam primum enim *Capthoraei* in Cypro col-

collocantur, Cyprii, quod ipse Michaëlis agnoscit, habendi sunt pro colonis Aegyptiorum, quibus *Genes. X.* 14. accensentur *Capthoraei.* Ex Aegypto vero neutiquam ante Danaorum iter in Graeciam, quod omnes alias navigationes ex Aegypto institutas antecessisse § 31. vidimus, in Cyprum navigari potuit. Ergo multo serius adhuc, quam Danai in Graeciam commigrarunt, in Palaestinae litus appulissent Philistaei, si Cypriorum illorum *Capthoraeorum* coloni fuissent. Neutiquam igitur e Cypro arcessendi sunt Philistaei: sed alibi quaerenda est *regio Capthor*, ex quâ egressi sunt.

Nobis arbitris, illa regio, penes *Jeremiam* dicta אי־כפתור, in ipsâ Aegypto est obvia. In usu vulgari אי *regionem* denotat. Graecum αἶα convenit, haud secus ac Copticum הי. Ex hac voce, et Γυπτος, pro Κοπτος, Αἰγυπτος componi observavit Berkelius, ad Stephanum, *in voce*, atque haec sententiâ nobis prae opinione Perizonii, *Orig. Aegypt. cap.* 1. adridet; quoniam Herodotus, *Lib. II. cap.* 5. Παλαι αἱ Θηβαι Αἰγυπτος ἐκαλειτο; quod pertinet procul dubio ad Thebaidem, sic appellatam ab insigniori ejus parte, cujus metropolis diu nomen *Coptos* tulit.

Ab hâc parte Thebaidos nomen Αἰγυπτος, Αἰκυπτος, atque אי־כפתור, ad nomen Thebaidem denotandam transiisse videtur; sicuti *Pathros*, nomen alius regionis in Thebaide, apud Hebraeos aliquando pariter omnem Thebaidem comprehendisse, § 42. vidimus. Atque in istâc parte Thebaidos habitarunt pro-

procul dubio illi *Capthoraei*, qui *Genes.* X. 14. incolis regionis *Misraim* accensentur. A Thebaide vero nomen Αἴγυπτος mutuo accepit omnis illa regio, quae sequiori tempore istoc nomine venit. Haecce istoc nomine comprehendi coepit, quo tempore ejus, quanta quanta fuit, imperio potiti fuere Thebani, exactis Pastoribus.

§ LIII.

Pastoribus in Palaestinam concedentibus, pars exercitus Aegyptiaci, adsumto nomine Cassuchaeorum, *eodem tetendit, et partim Philistaeorum gentem condidit, partim ulterius profecta fuit.*

Eodem fere tempore, quo Pastores Aegypto penitus cesserunt, accidisse videtur id, quod retulit Polemo, teste Africano, qui apud Eusebium, *Praep. Euang. Lib.* X. *cap.* 10. *pag.* 490. talibus: Πολέμων ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Ἑλληνικῶν ἱστοριῶν λέγων, ἐπὶ Ἄπιδος τοῦ Φορωνέως μοῖρα τοῦ Αἰγυπτίων στρατοῦ ἐξέπεσεν Αἰγύπτου, οἳ ἐν τῇ Παλαιστίνῃ καλουμένῃ Συρίᾳ, οὐ πόρρω Ἀραβίας, ᾤκησαν. Addit quidem Africanus, αὐτοὶ δηλονότι οἱ μετὰ Μωσέως: sed non tantum Israëlitarum exitus ex Aegypto procul dubio tempore, quo Apis ille collocatur, aliquanto recentior fuit: verum etiam illi, qui exteris vulgo *Leprosi*, vix a Polemone μοῖρα τοῦ Αἰγυπτίων στρατοῦ vocari potuisse videntur.

Nobis arbitris, Polemo *Exercitus Aegyptiaci* nomine comprehendit copias, quibus *Thebani*

bani Pastores ejecerunt. Atque ejus verba conferentes cum iis, quae § 43. ex Manethone attulimus, Pastores, eorumque victores Thebanos, inter se pepigisse putamus, ne sibi invicem amplius nocerent, sed uti potius unito consilio in Palaestinam excurrerent; cujus incolae inferiorem Aegyptum, dum Pastores eam tenebant, saepius lacessivisse videntur, quum inter alios indigenae Gittaei, *I. Chron. VII.* 21. Israëlitarum in Aegypto habitantium nonnullos occidisse legantur.

Pastores itaque eam, quae postea *Judaea* dicta fuit, regionem, Thebanos vero litora occupasse credimus, indigenis, qui *Deut, II.* 23. gentili nomine *Avvaei* vocantur, fugatis, trucidatis aut subjugatis. Hacce vero in expeditione omnes, qui ex Aegypto erupere, Thebanos *Casluchaeorum* nomen sumsisse opinamur; quoniam Philistaei, *Genes. X.* 14. *e Casluchaeis exiisse* dicuntur. Hunc locum minime pro corrupto habendum, sed potius sequenti ratione exponendum esse, arbitramur.

Thebanis ex Aegypto erumpentibus adhaesit nomen *Casluchaeorum*. Atque id quidem inter eos, qui a reliquorum societate discesserunt, ut in occupato litore Palaestinae remanerent, mox commutatum fuit cum nomine *Philistaeorum*. Ex quo nomine intelligimus, illos in Palaestinam advenas genuinae atque Aethiopicae stirpis Aegyptios fuisse. Id enim nomen, *advenas* significans, atque ab Alexandrinis interpretibus recte per

'Αλ-

'Αλλοφυλως transductum, ex fonte Aethiopico fluxisse observavit Ikenius, *Diss. de Crethis et Plethis*. § 4. *pag.* 116. Interim major illorum Thebanorum numerus alterum istud *Casluchaeorum* nomen retinuit. Qui, primo expeditionis successu animati, ulterius, atque in Asiam minorem, profecti esse videntur.

Etenim Trogi compilator Justinus, *Lib. XVIII. cap.* 3. „„ A rege Ascaloniorum „„ expugnati Sidonii, navibus appulsi, Ty- „„ rum urbem — condiderunt." Heic *Sidonios* idcirco *ab Ascaloniorum rege expugnatos* dici credimus; quoniam id factum fuerit a duce hominum, e regione Ascalonis in Phoenicen irrumpentium, Casluchaeorum nempe, qui, Phoenicibus fugatis, et vacuâ regione peragratâ, in Asiam minorem penetrantes, eam in terram pervenerint, ubi Graecorum majores, antequam in Graeciam, atque alio, migrarent, aliquamdiu habitasse vidimus; hanc vero terram, de suo *Casluchaeorum*, vel *Cilicum*, nomine, *Casluchiam*, vel *Ciliciam*, appellari fecerint.

§ LIV.

Casluchaei in Ciliciam, Phrygiam, et Colchidem, divagati.

Ciliciam a *Casluchaeis* subjugatam fuisse non tantum ex nominum adfinitate colligimus: sed insuper illi, qui Aegypto et Danao cognatum, Phoenici vero et Cadmo *fratrem*,

trem, adscribunt Cilicem, Cilices pro Aegyptiorum Danaorumque adfinibus habuisse, eosdemque arctiore aliquo nexu cum Phoenicibus conjunctos duxisse videntur; quae omnia quadrant in Casluchaeos. Porro supra laudatus Saädias Cilicum originem inter Aegyptios quaesivit, quum *Nephtuchaeorum* nomen, *Genes.* X. 13. transduxit nomine *Caramaniorum*, quo Cilices inter Orientales veniunt. Cilices autem istoc *Geneseos* loco *Casluchaeorum* nomine comprehendi docemur a Solino. Hic enim, *cap.* 41. „, Ciliciam „, antea usque ad Pelusium Aegypti perti„, nuisse"' adserens, Philistaeos ad eorum gentem retulit; quos e Casluchaeis exiisse vidimus. Tandem ab illis Aegyptiaci generis hominibus in Ciliciam adlatam fuisse oportet fabulam de Typhone, quem Gigantem Cilices aevi sequioris ad suam pertraxerunt regionem.

Namque Hesiodus, *Theogon. vs.* 304. *sqq.*

Ἡ δ' ἐρυτ' ἐιν Ἀριμοισιν ὑπο χθονα λυγρα Ἐχιδνα,
Ἀθανατος νυμφη, και ἀγηραος ἡματα παντα.
Τη δε Τυφαονα φασι μιγημεναι ἐν φιλοτητι,
Δεινον τ' ὑβριστην τ' ἀνεμον, ἑλικωπιδι κουρῃ.

Hanc fabulam respexit procul dubio, quisquis auctor fuerit versus illius jejuni, et superflui, qui, inter Homerica obvius, *Iliad.* *B. vs.* 782. ita se habet,

Ἐιν Ἀριμοις, ὁτι φασι Τυφωεος, ἐμμεναι ἐυνας.

Heic itaque loci neutiquam, uti quidam volunt, *ταφος*, sed *torus nuptialis* Typhonis collocatur *in Arimis*. Hinc jam *Inarimes* insulae nomen effecit Virgilius, *Aeneid. Lib. IX. vs. 716.* et plerique alii poëtae Latini, quos secutus vel ipse Plinius. Interim de *Arimis* scholiastes Homeri, *ad l. l.* τα 'Αριμα οἱ μεν ὀρος της Κιλικιας φασιν, οἱ δε Λυδιας. Et Grammaticus Leidensis a Cl. Wassenberg editus, *ad versum praecedentem*, το 'Αριμον της Κιλικιας, Vid. porro Eustathius, *ad loc.* Strabo *Lib. XII. in fine*, et *Lib. XVI. in fine*, Stephanus, *in voce* 'Αριμα.

Ex his abunde constat, fuisse, qui Typhonis torum nuptialem in Ciliciâ collocaverint. Dum tandem Scholiastes Aeschyli, *pag. 26. Ed. Steph.* Typhonem ait ἐν Κιλικιᾳ μεν γεννηθηναι, κολασθηναι δε ἐν Σικελιᾳ. Ea igitur, quae Aegyptii de Typhone suo narrabant, in Ciliciam propagata credimus a Casluchaeis, illam regionem subjugantibus. Hi autem longius adhuc, et vel in Phrygiam, evagati esse, atque illic urbem Thebas condidisse videntur; saltem prope Thebas in Phrygiâ Cilices ab Homero memoratos recenset Strabo, *Lib. XIV. pag.* 485. quos tamen deinceps illud nomen amisisse constat ex eodem Strabone, *pag.* 467.

Immo Colchidem subegisse Casluchaeos, praeterquam ex adfinitate, quae hujus regionis nomini cum *Casluchaeorum*, *Cilicumve* nomine intercedit, colligimus ex eo, quod Tibarenos, qui prope Colchidem antiquas sedes habuerunt, etiam, indice Cellario, *Geogr.*

gr. ant. Lib. III. cap. 62. in Ciliciâ deprehendamus; ficuti in Colchide *Cytae* nomine urbem, cujus cives atque accolae *Cytaei* audiunt apud Valerium Flaccum, *Argon. Lib. V. vs.* 466. *Lib. VI. vs.* 427, 595. atque alibi. Hos *Cytaeos* e Κητειοις a Cilicibus in Colchidem tranfportatis exortos, illos vero Ciliciae Tibarenos in illorum Κητειων locum e Colchide a Cilicibus adductos, fufpicamur.

Multo tamen folidiora pro Colchide a Cilicibus illis fubactâ argumenta funt, quibus Bochartus *Phaleg. Lib. IV. cap.* 31. abunde fulciit opinionem, Colchorum gentem magnâ ex parte originem debere exercitui Aegyptiaco, quem poft multas in Afiâ victorias in Colchidem usque penetrasfe, conftanti traditione retulerunt Veteres. Hunc enim habemus pro exercitu Thebanorum, vi pacti cum Paftoribus initi, unâ cum hifce ex Aegypto erumpentium, atque in hâcce expeditione *Caflachaeorum* nomen fumentium. Ab hifce Thebanis illas reportatas credimus victorias, quas, Sefoftri vulgo adfcriptas, rebus ab aliis gentibus in Afiâ feliciter geftis antiquiores fuisfe, docet Perizonius, *Orig. Aegypt. cap.* 8.

§ LV.

Cecropem, in Cyprum, atque inde in Atticen, profectum, Philistaeum fuisse demonstratur. Adduntur nonnulla de rebus Atticis, atque oraculo Jovis Pelasgici a Philistaeis condito.

Qui jam ex illis Casluchaeis exiere, sive ex eorum medio in Palaestinae litore remansere, Philistaei non tantum, uti vidimus, cum vicinis Ceretibus in Cretam, verum etiam in Cyprum, coloniam deduxerunt, atque huic insulae nomen suae ipsorum patriae *Capthor* imposuerunt. Hanc ob rem Cyprii, teste Herodoto, *Lib. VII. cap.* 90. sese quidem partim a Ciliciae flumine Cydno, partim vero ex Aethiopiâ, oriundos referebant, ad ultimam Philistaeorum originem respicientes. Atque eandem ob causam Cypriis numen praecipuum erat simul mas, simul femina, secundum Macrobium *Saturnal. Lib. III. cap.* 8. Hâc in re nempe Cyprii sequebantur morem Aegyptiorum, quibus talia numina. Immo forsan id Cypriorum numen, quantumvis a Graecis *Veneris* nomine insignitum, ipsa illa erat *Neitha*, de quâ vid. Jablonskius, *Panth. Aegypt. Part. I. pag.* 55. *sqq.* Saltem Marshamus, *in Canone Chronico, pag.* 113., observat Cecropem in Cyprum invexisse cultum illius Neithae, aeque atque ἀνθρωποθυσιαν, cui deditos fuisse Aegyptios docet Cl. de Pauw, *Disquisit. laudat. Tom. II. pag.* 92. *sqq.*

For-

Forsitan jam ille Cecrops, qui e Cypro denuo in Atticen profectus Athenas condidit, e Philistaeorum quoque medio coörtus fuit. Immo hâc conjecturâ nihil est vero similius, quum Athenas Aegyptiacae originis incolas habuisse indubium sit, hos vero ex ipsâ Aegypto maritimo itinere in Graeciam commigrasse incredibile fiat, si observes, non tantum Aegyptum ligno navibus struendis caruisse, verum etiam religionem Aegyptiacam omnes veri nominis Aegyptios perquam diu ab expeditionibus maritimis absterruisse, uti observat Cl. de Pauw, *l. l. pag.* 144. Hanc ob rem Athenarum conditor certo certius fuit homo Aegyptiaci quidem generis, sed antiqui moris minus tenax, atque ad Phoenicum instituta inclinans, adeoque διφυης, qualis fuisse perhibetur Cecrops, quales vero erant Philistaei. Tandem Athenas a Philistaeis fuisse conditas confirmant, qui, referente Palmerio. *Graec. ant. Lib. I. cap.* 9. *pag.* 45. *sqq.* Atheniensibus *Pelasgorum* nomen inhaesisse testantur.

Si jam Cecropem non ex Aegypto, sed ex orâ Philistaeorum, in Atticam navigasse statuas, illuc eodem fere tempore credi potest tetendisse, quo ipsum collocat *Chronicon Marmoreum;* sive potuit in Atticen commigrasse, antequam in Peloponnesum appellerent Danai, qui, sicuti § 31. vidimus, omnium primi ex Aegyptiacae ditionis terrâ in Graeciam navigarunt. Interim nequâquam omnia, quae illud *Chronicon* de rebus Atticis tradit, aeque certa esse videntur.

Primo loco nullus unquam in Atticâ regnasse videtur Ἀκταῖος, cujus filiam Cecrops, secundum Pausaniam, *in Atticis*, *pag.* 4. *et* 9. uxorem duxisset, quemque *Chronici Marmorei* auctor vocat *indigenam*, a cujus nomine regionis nomen Ἀκτικὴ fluxisset. Ἀκταῖος ille natus ex nomine regionis, quae ab antiquo tam Ἀκτὴ, atque Ἀκταία, quam quidem Ἀκτικὴ, id est *litorea*, dicta fuit. Eundem in modum posterius nomen, in Ἀττικὴ *transiens*, illius, qui Cecropi successisset, Cranai filiam Ἀττιν peperit potius, quam secundum Apollodorum, *Lib. III. pag.* 241. et Pausaniam, *pag.* 4. a tali filiâ Cranai fluxit. Porro ipse ille Cranaus e Cecropidarum cognomine confictus. Eos enim Κραναοὺς cognominatos fuisse docet Herodotus, *Lib. VIII. cap.* 44. Idque procul dubio a cognomine regionis, quae Κραναὴ, id est *aspera*, dicebatur.

Interim Philistaei longius adhuc, quam in Atticen, evagati, et Jovis Pelasgici Oraculum Dodonae, ab iis erectum esse videtur. Id enim oraculum a Pelasgis fuisse conditum demonstrat Palmerius, *l. l. pag.* 47. *sqq.* Eos autem Pelasgos e Phoenicum regione illuc tetendisse, atque illuc Aegyptiacam, immo Thebis oriundam, feminam fatidicam duxisse, liquet ex Herodoto, *Lib. II. cap.* 54. *sqq.* licet illic res involuta sit fabulae, in quâ plura desideramus. Namque inter alia illic deficit mentio sacerdotum, unâ cum memoratâ feminâ Dodonam advectorum, et procul dubio itidem ex Aegypto genus ducentium; quum Aegyptiaco more praeputii probrum

brum a se amoverent. Porro falsum esse videtur id, quod narrationi de iis, qui memoratam feminam Dodonam duxerunt, addit Herodotus, eosdem homines ejusdem generis artisque mulierem in Libyam vexisse, ubi mulier haecce Jovis Ammonis oraculum condiderit.

In hâc fabulae parte nihil veri, quam oraculi istius Libyci indolem fuisse eandem, quae Oraculi Dodonaei, atque id oraculum itidem a feminâ Aegyptiaci generis erectum esse. Nam idem Herodotus, *in praecedenti cap.* 42. Κριοπρόσωπον τώγαλμα τȣ Διος ποιευσι Αἰγύπτιοι, ἀπὸ δε Αἰγυπτίων Ἀμμώνιοι, ἐόντες Αἰγυπτίων τε καὶ Αἰθιόπων ἄποικοι, καὶ φωνὴν μεταξὺ ἀμφοτέρων νομίζοντες. Illius itaque Libyci oraculi origo nequidem ad Danaos referenda, qui ceteroquin *Phoenices* dici potuissent, quique rerum a Philistaeis gestarum aemuli, quum in Peloponnesum commigrarent, *Pelasgorum* quoque nomen sumserunt, sicuti id sumtum a nonnullis e medio illorum Phoenicum, qui, itidem Philistaeos imitaturi, terrestri itinere e Palaestinâ occidentem versus migrarunt.

§ LVI.

Phoenicum propago Corybantes, Idaei Dactyli, et Pelasgi, in Phrygiâ, in Thraciâ vero alii Pelasgi sacris Cabiraeis operati.

Phoenices in Pisidiam, Cariam, Rhodum, et

et Cretae vicinam insulam Theram, coloniam deduxisse vidimus § 49. et 50. *Iidem* Phoenices e Cariâ versus Phrygiam flexerunt iter, atque illuc non tantum eos advexerunt Corybantes, quos sacris Cabiraeis in Ida monte Phrygiae operatos fuisse § 48. diximus, et quibus cognomen *Idaeorum Dactylorum* inhaesisse testantur scriptores citati per Simsonum, *ad A. M.* 2565. Verum iidem Phoenices in Phrygiae viciniam illos duxere Pelasgos, quos in Trojanorum auxilium arcessit Homerus, *Iliad.* B. vs. 840. et de quibus vide Simsonum, *ad A. M.* 2813.

Atque ex eorundem Pelasgorum medio prodiere certo certius illi Pelasgi, qui in Thraciâ sacris Cabiraeis operati sunt, e Thraciâ vero ad Graecos accesserunt, et praeterquam in spurio Herodoti loco, de quo § 29 egimus, memorantur per Thucydidem, *Lib. IV. pag.* 325. *Ed. Steph.* et per Herodotum, *Lib. VI. cap.* 137—140., et *Lib. II. cap.* 51, 52. ubi Historicus Graecos peculiarem imaginis Hermeticae fabricam non ab Aegyptiis, sed a Pelasgis, edoctos esse scribit, et quidem Athenienses ante reliquos Graecos, qui istanc fabricam ab Atheniensibus didicerint. Hisce observatis pergit Herodotus; Ἀθηναιοισι γαρ δη τηνικαυτα ἐς Ἑλληνας τελευσι Πελασγοι συνοικοι ἐγενοντο ἐν τῃ χωρῃ. Ὁθεν περ και Ἑλληνες ἠρξαντο νομισθηναι. Ὁσις δε τα Καβειρων οργια μεμυηται, τα Σαμοθρηϊκες ἐπιτελευσι, λαβοντες παρα Πελασγων, ὁυτος ὡνηρ οἰδε τα λεγω. Την γαρ Σαμοθρηϊκην οἰ-

κεον

κεον προτερον Πελασγοι οὗτοι, τοι περ Ἀθηναιοισι συνοικοι ἐγενοντο. Και παρα τουτων Σαμοθρηΐκες τα ὄργια παραλαμβανουσι.

Horum Pelasgorum origo repetenda procul dubio a Phoenicibus, desiderio illorum Philistaeorum, quos e Palaestinâ in Europam concessisse et *Pelasgorum* nomen sumsisse, audierant, imitandorum flagrantibus, adeoque cum Cadmo, cui idem desiderium, per Cariam et Phrygiam, in Thraciam commigrantibus. Illos enim Pelasgos in societate Cadmi fuisse constat ex Apollodoro, qui *Lib. III. pag.* 161. Cadmum in Thraciâ habitasse scribit, et quendam e sociis in Thaso insulâ reliquisse; quem Cadmi socium *Agenoris filium*, adeoque *Cadmi fratrem*, vocant Pausanias, *Lib. V. pag.* 339. atque alii, quemque Herculis Tyrii cultum in Thasum advexisse testantur Herodotus, *Lib. II. cap.* 45. Pausanias, *l. c.* atque alii. Porro Pelasgos illos sacrorum Cabiraeorum portitores e societate Cadmi fuisse demonstrat Diodorus, qui *Lib. V. pag.* 223. Harmoniam Jasionis, sacrorum illorum antistitis, sororem Cadmo nupsisse, atque ipsum Cadmum illis sacris initiatum fuisse refert.

§ LVII.

Cadmus *Cananita, et Troglodyta, sicuti plures ex antiquioribus Cananitis.*

Interim ipse Cadmus, observante Bocharto *Canaan. Lib. I. cap.* 19. confictus e nomine

των קדמונים, qui *Genes.* *XV*. 19. inter Cananiticae gentis tribus recensentur, et *Bocharto* sic appellati fuisse videntur, quoniam ad orientalem Phoenices limitem degerent, ubi eos in Hermonis monte collocat vir summus, ab hoc monte *Harmoniae* illius nomen derivans, quae Cadmo nupsisset. Eos in istoc monte Troglodyticam vitam egisse colligimus ex eo, quod ipsis procul dubio in Illyrico, quo se ex Boeotiâ contulerunt, antra fuere domus. Cadmus enim, atque Harmonia, illic in serpentes mutati leguntur. Sub serpentibus autem istis, aeque ac sub serpentibus, quibuscum crebrae Cadmo pugnae fuisse leguntur, latent certo certius Troglodytae.

Immo Cadmos, antequam e Palaestinâ discederent, serpentum more in antris latitasse, porro intelligimus ex eo, quod, secundum Bochartum, *l. l.* illic non tantum *Cadmonaei* dicti fuerunt, verum etiam *Hivvaei*, voce ab Hebraico serpentis nomine formatâ, et quod plures gentis Cananiticae familiae ab antiquo pariter in antris habitarunt. Id, quod exemplo probat tribus Hethitica, cui diu cognomento fuit appellatio *Horitarum*, derivata a voce חור, quae *foramen*, τρωγλην, *antrum*, significat.

Illos enim, qui *Genes.* *XXXVI*. 20—30., *Horitarum* nomine veniunt, Hethitas fuisse intelligimus ex eo, quod Aholibama, filia Anae, neptis Zibeonis, inter illos Horitas obvia, ibidem, *versu* 2. filiae cujusdam *Elonis* jungatur, tanquam conjux Esavi; quod vero

vero Rebecca, *Genes.* *XXVII.* 46. queratur, Esavum duxisse uxores *Hethiticas.* Si jam istaec Aholibama ex Hethitarum tribu fuit. *Genes.* *XXXVI.* 2. pro חוי legendum חתי, sicut posterius hocce nomen gentile, *Genes.* *XXVI.* 4. apponitur nomini *Judith*, *filiae Beëri*, sub quo istaec *Aholibama*, *filia Anae*, latere videtur in loco citato, ubi post nomen בשמת certo certius exciderunt voces בת־ישמעאל וערה. Aut forsan e cognomine חוי Aholibamae adscripto colligendum, Hethitas, a vitâ Troglodyticâ, aeque *Hivvitarum*, atque *Horitarum*, nomen accepisse. Porro aliis quoque tribubus gentis Cananiticae illum in antris degendi morem fuisse, immo plerosque Cananitas quondam vitam Troglodyticam egisse, probat communis genti linguâ, nominibus עיר et מערה. Hisce enim proprie *antrum* significantibus, atque hâc notione alteri voci מערה constanter adhaerente, eadem notio in alterâ voce עיר ad *quamvis hominum mansionem*, *vicum*, *urbem*, transiit.

§ LVIII.

Disquiritur, num Lacedaemon a Cadmi sociis condita fuerit. Observaturque, eos Herculis et Bacchi cultum secum in Graecium attulisse.

Cadmos e Boëotiâ, praeterquam in Illyricum, in Peloponnesum quoque evagatos fuisse voluit Steph. Morinus. Is *quatuor* edidit *Dis-*

Dissertationes de Lacedaemoniorum Judaeorumque adfinitate, cujus mentio fit *I. Maccab. XII*, 21. Ibi *Lacedaemonis* nomen derivat a voce לקדם, ac si *Cadmaeam* urbem significasset. Putat autem, cum Cadmis haud paucos fuisse Idumaeos; hos in Edonide, atque Odomantiâ, penes illos in Thraciâ Pelasgos, consîdentes illuc, praeter nominum adfinitatem, vivendi quoque rationem, Idumaeorum institutis perquam similem, attulisse, inde vero ex iis nonnullos cum Cadmis in Boeotiam commigrasse, qui, tandem in Peloponnesum usque penetrantes, Lacedaemoniorum partem fecerint. Illinc istanc horum Judaeorumque adfinitatem derivat vir Doctissimus.

Quamvis autem supponas, talem reverâ inter Judaeos Lacedaemoniosque locum habuisse adfinitatem, qualem vult Morinus, profectam ab Idumaeis, sociis Cadmorum; quibus eo facilius junxeris Idumaeos, quoniam iisdem, praeter memoratos Pelasgos, secundum Herodotum, *Lib. V. cap.* 57. Gephyraei, et secundum Strabonem, *Lib. X. pag.* 447. etiam Arabes comites fuerunt; quamvis Idumaeos cum Cadmis in Thraciam, et Graeciam commigrasse, eosdem vero se tandem Lacedaemonem contulisse supponas; tamen haud necessario statuendum, istos Idumaeos mox a Thebis conditis Lacedaemonem tetendisse, atque hanc quoque urbem fundasse, eique nomen לקדם imposuisse. Potest illa adfinitas, in cujus originem inquirit Morinus, derivari ab Heraclidis,

diu

diu post Lacedaemonem fundatam hanc urbem occupantibus.

Namque Heraclidarum gens certo certius enata fuit Thebis. Thebas enim Herculis cultus a Cadmis fuit advectus. Et Thebis Hercules iste tanto in honore fuit habitus, ut illic notus esse diceretur, aeque ac Bacchus, quem Cadmi filia Semele Thebis peperisse dicitur, quoniam plures gentes inter Graecos Bacchi cultum acceperunt a Cadmis, uti vel ex Glossemate intelligimus, quod Herodoto, *Lib. II. cap.* 49. adscriptum. Illic enim Historicus Melampodem Amythaeonis filium ait πυθομενον ἀπ' Αἰγυπτου ἀλλα τε πολλα ἀπηγησασθαι Ἑλλησι. Και τα περι τον Διονυσον, κ. τ. λ. Illis vero adjecit alius quispiam in margine; Πυθεσθαι δε μοι δοκεει μαλιστα Μελαμπους τα περι τον Διονυσον παρα Καδμου τε Τυριου, και των συν ἀυτῳ ἐκ Φοινικης ἀπικομενων ἐις την νυν Βοιωτιην καλεομενην γην.

§ LIX.

Socii Cadmi Thebas advexere Venerem, atque orgia Cabirorum; qui nonnullos e suis Eleusinem miserunt.

Sicuti jam Cadmi Herculem et Bacchum in Graeciam advexerunt, ita quoque Venerem; cujus imagines ligneas adeo antiquas, ut a Cadmi uxore Harmoniâ positae dicerentur, Thebanis fuisse scribit Pausanias, *in Boeoticis*, *pag.* 566. Atque insuper procul dubio cum Cadmis Thebas pervenere non-

nonnulli ex illis ſacrorum Cabiraeorum miniſtris, quos inter Cadmi ſocios fuisſe *ſupra* vidimus. Siquidem in Boeotiâ ab *antiquisſimo* inde tempore viguere orgia Cabirorum, et cultus Cereris Cabiriae, et Proſerpinae, vid. Pauſanias, *l. l. pag.* 578. Atque in ipſâ urbe Thebarum, teſte Pauſania, *l. l. pag.* 566. fanum Cereris Θεσμοφορε, quam Καδμε, και των προγονων, οἰκιαν ποτε ειναι λεγεσι.

Horum jam Cereris ſacrorum antiſtites nonnullos e ſuis Eleuſinem miſisſe *videntur*, a quibus Eleuſinii genus ſuum ad Ogygem referre didicerint, atque a quibus Cereris orgia delata ſint Eleuſinem, ubi tunc regnasſet quidam Celens, qui, ſecundum Apollodorum, *Lib. I. pag.* 15, 16. et ſecundum alios, Cererem ipſam aeque hoſpitio excepisſet, ac Boeotici Cabiri, ſecundum traditum Thebanorum, apud Pauſaniam, *l. l. pag.* 578, 579. cui ſubjungit ipſe Pauſanias, Δημητρος γεν Καβειραιοις δωρον εςιν ἡ τελετη.

Illis autem ſacris Eleuſine quum maxime vigentibus, Athenienſes eorundem honorem et lucrum aliquando invidisſe videntur Eleuſiniis. Hinc bello exarſo, Eleuſinii Thracem quendam Eumolpum, cum magnâ manu Thracum iisdem ſacris deditorum, in auxilium vocarunt. Quibus adjuti, ab Athenienſibus haſce pacis conditiones impetrarunt, ὡς Ἐλευσινιες, ἐς τα ἀλλα Ἀθηναιων κατακοες ὀντας, ἰδια τελειν την Τελετην. τα δε ἱερα τοιν θεοιν Ἐυμολπος, και αἱ θυγατερες δρωσιν αἱ Κελεε. vid. Pauſanias, in *Atticis*, *pag.* 17. confer Apollodorum, *Lib. III. pag.* 249. Exinde ſacra

cra Eleusinia ab Eumolpidis administrata, quorum unus, Eumolpi pronepos, nomine Naus, eadem sacra in Arcadiam, ad Pheneates, ad quos ipsa Ceres paullo ante Nai adventum divertisset, propagata, vid. Pausaniam, *in Arcadicis*, *pag.* 480.

§ LX.

Aegyptiaci generis homines, unâ cum Danais in Graeciam profecti, Argos advexerunt orgia Cereris, et Bacchi; quae inde in Achaiam propagata fuere, ad Cadmi vero socios aliâ longe viâ, a Pastoribus, talia in Aegypto edoctis, pervenere.

Interim idem Pausanias, *in Corinthiacis*, *pag.* 152. Ἀργειοι δε, ὁτε ἐς την Ἀργολικην ἠλθε Δημητηρ, τοτε Ἀθεραν μεν λεγουσι, και Μυσιον, ὡς ξενιαν παρασχοντας τῃ θεῳ, et supra *pag.* 116. ab eodem auctore describitur χωριον Μυσια και Δημητρος Μυσιας ἱερον, ἀπο ἀνδρος Μυσιου το ὀνομα γενομενου, και τουτου, καθαπερ λεγουσιν Ἀργειοι, ξενου της Δημητρος; τουτῳ μεν οὐν οὐκ ἐπεστιν ὀροφος, ἐν δε αὐτῳ ναος ἐστιν ἀλλος ὀπτης πλινθου. ξοανα δε Κορης, και Πλουτωνος, και Δημητρος ἐστι. Atque in fine *Achaicorum* Pausanias, *pag.* 454. memorat Μυσαιον, ἱερον Δημητρος Μυσιας, ἱδρυσασθαι δε αὐτο Μυσιον φασι, ἀνδρα Ἀργειον. ἐδεξατο δε οἰκῳ Δημητρα και ὁ Μυσιος λογῳ τῳ Ἀργειων.

Hinc intelligimus, Cereris cultum in Achaiam propagatum ab Argivis, adeoque vera esse, quae Herodotus, *Lib. II. cap.* 171.

171. Αἱ Δαναυ θυγατερες ἠσαν αἱ την τελετην ταυτην ἐξ Αἰγυπτυ ἐξαγαγυσαι, και διδαξασαι τας Πελασγιωτιδας γυναικας. Quibuscum si contuleris id, quod Eusebius, *Praep. Euang. Lib. II. cap.* 3. *pag.* 63. Μελαμποδα δε τον Ἀμυθαονος ἀλλοι φασιν ἐξ Αἰγυπτυ μετακομισαι τῃ Ἑλλαδι τας Δηυς ἑορτας; simul ob oculos habitis supra adlatis Herodoti verbis de Bacchi sacris ab eodem Amythaonidâ curatis; omnia illa secum invicem comparata nobis indicio esse videntur sub istius Μελαμποδος nomine latere Aegyptios homines, unâ cum Danais in Graeciam profectos, atque illic Aegyptiacae originis sacris operatos.

Talia enim erant Cereris Mysteria, aeque ac Bacchi orgia. Utriusque numinis cultus ex Isidis Osiridisque cultu Aegyptiaco natus. Et Pelasgi illi, qui Cereris cultum Thebas advexerunt, aeque atque illi socii Cadmi, a quibus Bacchus fuit cultus, argumento sunt, Phoenices sacra istaec didicisse a Pastoribus in Aegypto versantibus, atque illic talia edoctis. Immo forsan pariter ultima quoque origo ceterorum, quos Thebani coluere, Deorum in Aegypto quaerenda. Saltem, sicut Israëlitae in Aegypto didicere cultum vituli, ita quoque ex Aegypto fuit oriunda superstitiosa veneratio bovis inter Cadmi socios per Phocidem in Boëotiam iter facientes, de quâ vid. Pausanias, in *Boëoticis pag.* 559. Hyginus, *Fab.* 178.

§ LXI.

§ LXI.

Ultima origo litterarum Cadmearum. Atque earundem numerus.

Similiter ab Aegyptiis repetendae videntur litterae, quarum inventum a Cadmi sociis ad Graecos propagatum, atque ideo Phoenicibus saepius tributum. Quâ de re Tacitus, *Annal. Lib. XI. cap.* 14. „„ Primi per „„ figuras animalium Aegyptii sensus mentis „„ effingebant, et antiquissima monumenta „„ memoriae humanae impressa saxis cernuntur, et litterarum inventores semet „„ perhibent. Inde Phoenices, quia mari „„ praepollebant, intulisse Graeciae, gloriamque adeptos, tanquam repererint, „„ quae acceperant."" Ita de litterarum invento sententes, facile conciliamus Veteres, qui Cadmum *Phoenicem*, Cadmeasque litteras *Phoenicias* vocant, cum Diodoro, *Lib. I. pag.* 14. aliisque, citatis per Marshamum, *Canone Chronico*, *pag.* 121. *sqq.* qui illarum litterarum originem ex Aegypto repetendam esse scientes ipsum Cadmum Thebis Aegyptiis oriundum fuisse voluerunt.

Porro eaedem litterae facile dici potuere *Pelasgicae*, quoniam inter Cadmi socios erant supradicti Pelasgi. Et reverâ nulla est difficultas in loco Diodori, quem Palmerius, *Graec. ant. Lib. I. cap.* 9. *pag.* 50. misere contorquet. Certo certius Diodorus, istoc in loco, de *Pelasgicis* locutus litteris, nihil constanti derogat traditioni, quâ litteras per

Cadmos in Graeciam advectas esse, demonstrante Bocharto, *Canaan*, *Lib. I. cap.* 20. adserunt etiam illi, qui de litterarum Cadmearum numero definiendo neutiquam consentiunt.

Scilicet, narrant quidem plerique, sedecim tantum litteras a Cadmo adlatas esse; inter quos Plinius, *H. N. Lib. VII. cap.* 56. huic tradito adjicit, Palamedis inventum esse Θ, Ξ, Φ, Χ, *Simonidis vero* Melici, Ζ, Η, Ψ, Ω: sed Aristoteles, apud eundem Plinium, alphabeto Cadmeo addit litteras Ζ, et Φ, atque auctor est, Veteribus octodecim litteras fuisse. Porro Isidorus, *Orig. Lib. I. cap.* 5. tres tantum Η, Χ, Ω, a Palamede, ac pariter tres Ξ, Θ, Ψ, a Simonide, alphabeto Cadmeo additas fuisse vult; Aristotelis opinionem de istoc alphabeto secutus, excepto, quod litteram Υ inde rejiciat, adeoque isti Alphabeto septendecim litteras tribuat.

Pro certo itaque definiri nequit, quasnam praecise litteras Cadmi socii primâ vice in Graeciam intulerint, quibusnam vero ipsorum Alphabetum ab aliis auctum sit. Dum quidam vel pro altero novarum litterarum repertore, Palamede, Epicharmum offerunt. Vid. Vossius, *de arte Grammaticâ*, *Lib. I. cap.* 10. Interim satis constat, antiquius illud Graecorum Alphabetum minime viginti quatuor litteris fuisse. Immo necdum tot litteras habuisse videtur, quot Phoenicibus, et reliquis Palaestinae incolis deinceps in usu fuere.

Quam

Quam ob rem statuendum est, aut, quo tempore Cadmi e Palaestinâ commigrarunt, illic nondum tot litteras in usu fuisse, aut pauciores, quam illic in usu erant, per Cadmos inde esse adportatas, aut Graecos ex litteris per Cadmos invectis quasdam repudiasse. Quorum prius, prae secundo ac tertio adridet. Videntur Phoenices nondum pluribus, quam sedecim, usi fuisse, quando Cadmi e Palaestinâ commigrabant. Ut hi omnes, quas poterant, ad Graecos propagaverint, Graeci vero omnes, quae adferebantur, etiam receperint.

§ LXII.

Ulteriora quaedam observata de litteris Cadmeis.

Sedecim illas litteras maxime probabile est fuisse, *Aleph*, *Beth*, *Gimel*, *Daleth*, *He*, *Vau*, *Jod*, *Caph*, *Lamed*, *Mem*, *Nun*, *Ain*, *Pe*, *Resch*, *Schin*, *Tau*. Harum enim figurae in Alphabeto Samaritanorum, qui proxime penes antiquos Hebraeorum characteres restiterunt, simillimae sunt Graecis, Α, Β, Γ, Δ, Ε, Υ, Ι, Κ, Λ, Μ, Ν, Ο, Π, Ρ, Σ, Τ, quae nobis quidem videntur antiquius illud Alphabetum fecisse. Heic enim procul dubio locum habuit Υ, respondens litterae *Vau*. Haecce nempe unam ex duabus fecisse videtur vocalibus Phoenicum, aliorumque antiquiorum Orientalium, qui dia-

ctis adfinibus usi sunt. Atque eadem littera sono fuisse videtur pinguiori, qualem Graeci deinceps Dipthongo OY expresserunt; quando iidem Graeci pinguiorem illum sonum ad Dipthongum EI relegaverunt, quem fuisse credimus litterae *Jod*, quam pro alterâ ex duabus memoratorum *Orientalium* vocalibus habemus.

Duabus enim tantummodo illis, quas diximus, litteris vocalibus memoratos Orientales usos esse arbitramur; ut, ubicumque *illae* consonantibus, quibus pronunciandis vocali opus erat, non adderentur, hae consonantes ope exilioris cujusdam, et maxime ad simplex nostrum A appropinquantis, soni efferrentur. Interim Graeci illos quidem pinguiores sonos aliquandiu vocalibus Y et I a Phoenicibus acceptis reliquisse videntur; quum hi soni cum iisdem vocalibus propagati fuerint ad Latinos, penes quos τοις V. et I. proprii remanserunt: in ceteris autem Graeci mox ab Orientalium instituto discesserunt.

Etenim duabus memoratorum Orientalium vocalibus adjunxerunt tertiam, pro supra dicto exiliore sono illorum Orientalium adhibitam; duasque novas insuper addiderunt. Atque ut hae, cum tertiâ illâ, in scriptis a se invicem discernerentur, ex alphabeto sedecim litterarum Gutturales, quibus ipsi non utebantur, adripientes characteribus τυ *Aleph*, *He*, atque *Ain*, pro vocalibus, A, E, et O, uti coeperunt. Porro pinguiori sono

vo-

vocalium Ε, Ο, Ι, Υ, junxerunt exiliorem, qui ut in scriptis quoque observaretur, ita rem ordinarunt.

Exiliorem sonum Characteribus Ε, Ο, Ι, Υ, addixerunt; pro pinguiore autem sono τὰ Ε Phoenicum *Heth*, quam primum haecce littera cum reliquis, quas Phoenices post Cadmorum commigrationem repererunt, ad Graecos etiam propagata fuit, usurparunt; pro pinguiore sono τῦ Ο ipsi, Phoenicum vestigia in novis litteris effingendis secuti, figuram Ω invenerunt; antiquiorem sonum litterarum Ι et Υ descripserunt, ad harum alteram addito Ε, ad alteram addito Ο, ut esset ΕΙ et ΟΥ. Apud nonnullos interea Graeciae populos, inter quos exilis sonus τῦ Ε et Ο vix usurpabatur, pinguior sonus τῦ Ι et Υ ad Characteres Ε et Ο relatus videtur. Saltem, Lacones sonum ΟΥ litterâ Ο expressisse, lippis notum est ac tonsoribus.

Ceterum Graeci Characterem Υ loco quidem, quem in Phoenicum alphabeto obtinet, moverunt; at in numeris antiquiorem locum reliquerunt Characteri ϛ, qui procul dubio e *Vau* Phoenicio duxit originem. — Verum enim vero satis superque in rebus tam exigui momenti haesimus. Pedem referimus ad Phoenices, quorum doctrina Aegyptiaca non tantum ad memoratas ipsorum colonias propagata fuit, verum adhuc ad plures alias, alio ab ipsis deductas; de quibus saepius laudatus *Canaan* Bocharti, et plures vario-

rum eruditorum commentarii, possunt consuli.

§ LXIII.

Origines Phoenicum, et speciatim Sidoniorum.

Ea, quae plures familiae Phoenicum a Pastoribus, eruditione *Aegyptiacâ* imbutis, didicere, non tantum coloniis, e Phoenicum medio in plurimas regiones deductis, profuere: verum procul omni dubio multis quoque ex illis, qui in Palaestinâ remansere, Phoenicibus, et praesertim maris accolis. His inter alia eadem fuisse videtur peritia Astronomiae, quam itidem ad illos adfines Pastorum, quos Babyloniam occupasse vidimus, propagatam fuisse colligimus, e narratione Diodori, *Lib. I, pag.* 17. Atque Aegyptiaca illa scientia multum contulisse videtur ad incrementa commercii, quo Sidonis urbs, haud ita diu postquam esset condita, ab exiguis ignobilibusque initiis, ad insigne gloriae fastigium fuit evecta, cuique aeternum suum nomen debuit Tyrus, postquam vicina Sidon jam magnopere inclaruisset a mercatoribus Sidoniis aedificata, atque habitata.

Scilicet, uti paucis adhuc de natalibus utriusque emporii disseramus, Justinus, *Lib. XVIII. cap.* 3. „„ Tyriorum gens condita „„ a Phoenicibus fuit, qui, terrae motu „„ ve-

„„ vexati, relicto patriae solo, Assyrium
„„ stagnum primo, mox mari proximum li-
„„ tus incoluere, conditâ ibi urbe, quam a
„„ piscium ubertate Sidonem appellaverunt;
„„ nam *piscem* Phoenices *Sidon* vocant."
Haecce Isidorus, *Orig. Lib. XV. cap.* 1. ita expressit, ut sedis mutatae causam reticuerit, illud vero *Patriae solum relictum* a Phoenicibus ad mare Rubrum collocaverit; respiciens ad Herodoti traditum de Phoenicibus a Rubro mari ad Mediterraneum profectis, quo Avianus, aeque ac Priscianus, in vertendo supra memorato loco Dionysii, *Periegef. vs.* 906. itidem adluserunt, cujusque porro meminerunt Diodorus, Plinius, Solinus; omnes praetermissi a Cl. Michaëlis, quum ex Herodoti tradito, ex adserto Abu 'l fedae, atque aliunde, mari Rubro vicinam Amlakitidem Phoenicibus pro cunabulis fuisse collegit, uti jam § 37. monuimus.

Inde exortos Phoenices sese primo ad *Assyrium Stagnum* recepisse scribit Justinus, *Assyrios*, qui litteris Hebraicis האשורים, uti plures ex veteribus fecere, confundens cum *Syris*, quorum nomen iis, qui, *I. Chron.* XXII. 4. Hebraicis litteris vocantur הצורים, primum inhaesisse credimus, *Tyriis*. Siquidem haud magis discrepant illa nomina *Tyriorum* et *Syrorum*, quam verum nomen *Tyri*, atque hodiernum *Suri*, aut Romanis antiquioribus usurpatum *Sarra*, de quo videatur Simsonius, *ad A. M.* 2747. egregie de Tyro antiquâ commentatus, eamque, obstrepente quamvis Editore, recte conditam opi-

 na-

natus in rupe mari circumdatâ, quae ipsi conciliavit nomen צור.

Justino jam istud *Assyrium Stagnum* certo certius est lacus Tiberiadis. Hinc vero Tyriae gentis conditores demum in mari proximum litus concessisse refert Historicus, addens eos illic Sidonem condidisse, atque animadvertens, ejus nomen a *piscatu* ortum, sed in rei ratione explicandâ, aeque hallucinatus, atque Isidorus, *ipsum secutus*; dum Servius, *ad Georg. Lib.* II. *vs.* 506. memoriâ lapsus, id, quod alicubi de Sidone legerat, ad Tyri priscum nomen *Sarra* retulit. *Sidon* inter Phoenices handquâquam valuit *piscem*, sed *vicum piscatorium*, alias *Beth-saida* nuncupatum; qualis procul dubio fuit ab initio celeberrimum deinceps emporium.

Interim e Justini loco haud colligendum, vicum illum piscatorium ante alios, in eodem maris litore exstructos, in urbis speciem muro fuisse cinctum. Hunc enim honorem ceteris vicis praeripuit Byblus, de quâ saepius laudatus interpres Sanchoniathonis, apud Eusebium, *Praep. Euang. Lib. I. cap.* 10. *pag.* 37. ὁ Κρονος τειχος περιβαλλει τῃ ἑαυτȣ οἰκησει, και πρωτην πολιν κτιζει την ἐπι Φοινικης Βυβλον. Haecce jam confirmantur a Stephano, *in voce* Βυβλος. Ista vero vox, antiquissimi Phoenicum oppidi nomen faciens, nobis indicare videtur materiam, ex quâ Phoenices ab antiquo urbes suas construxerint.

Fuit nempe antiquissima illa urbs procul dubio Βυβλος appellata, quod domibus esset,

ſet juncinis; queis vel ipſam Babylonem ſuum quoque nomen בבל debuisſe, facile agnoſcet, quisquis legerit ea, quae de vulgari hujusce nominis Etymologiâ in *Ezra, ſcriptore quinque priorum et plerorumque aliorum lib. Hiſt. V. T. pag.* 42. *ſqq.* obſervavimus. Porro interpres Sanchoniathonis, *l. l. pag.* 35. omnium illorum, qui ex antris montium lacui Tiberiados vicinorum ad mare accesſere, Phoenicum antiquisſimum ὑψυρανιον οἰκησαι dicit Τυρον, καλυβας τε ἐπινοησαι, ἀπο καλαμων, και θρυων, και παπυρων. 'Hinc intelligimus, Phoenices, quum primum mari vicinum litus incolerent, ubique fere uſos fuisſe caſis papyraceis; adeoque Sidonem etiam, quum conderetur, ex juncis calamisque, juxta rivos ubertim obviis, exſtructam fuisſe opinamur.

§ LXIV.

In Tyriam rupem ſe recipiunt Sidonii, Sidonemque redeunt, tandem vero condunt urbem Tyrum.

Saepius memoratus interpres Sanchoniathonis, *l. l.* haud obſcure indicat, maris accolas Phoenices prius arboribus igne excavatis, ac ratibus, navigasſe, eosdem vero ſatis cito a Cabiris edoctos fuisſe artem conſtruendorum navigiorum, obſervandorumque ſiderum, quibus in medio mari ducibus uti ſolebant nautae antiquiores. Hujusce jam ar-

artis ope Sidoniorum praecipue commercium mox magnopere increvisse demonstrat numerus navium, qui Sidoniis ad manum, quum Cassuchaei e regione Ascaloniorum in ipsos irruerent. Tunc enim, uti jam § 53. vidimus, accidit id, quod Justinus, post verba laudata de Sidone conditâ, refert talibus. ,,, Post multos deinde annos a rege Ascalo- ,,, niorum expugnati Sidonii, navibus ap- ,,, pulsi, Tyrum urbem, *ante annum* **** ,,, Trojanae cladis, condiderunt."'

Heic loci anni deëst numerus. Quem ita supplendum putamus, ut Justinus adserat, Sidonios ,,, ante annum *trecentesimum* Tro- ,,, janae cladis"' vim supradictorum Cassuchaeorum fugientes, navibus appulisse in rupem Tyriam, atque illic urbem condidisse. Interim ex Justini verbis haud colligendum est, tunc jam in rupe Tyriâ erectum fuisse emporium commercio florens ac vigens. Sidonii sese illic tantummodo tutari conabantur a Cassuchaeis, adeoque rupem quidem communiebant, quantum poterant, sibique simul inibi aedes erigebant tumultuarias, quo sese e navibus reciperent. Sed ipsorum commercium procul dubio jacebat interruptum, usquedum Cassuchaei e Phoenice ulterius, atque in Ciliciam, essent profecti.

Tunc autem profugi illi Sidonii e rupe Tyriâ certo certius in urbem patriam redierunt, atque illic rursus promovendo commercio incubuerunt, paucis tantummodo in munitâ rupe remanentibus. Hanc ob rem tem-

tempore, quo Israëlitae Palaestinam inter se divisissent, Tyro, praeter insignia munimenta, nihil aderat, quod magnopere praedicaretur, eademque *Jos. XIX.* 29. describitur tanquam עיר־מבצר־צור, dum *ibidem vs.* 28. Sidon רבה dicitur, a *spisso domuum numero.* Immo illa *urbs munitae rupis* satis diu tantum non deserta jacuisse videtur. Verisimile enim est, Sidonios, post memoratum tumultum, eâ fere securitate gavisos fuisse, quae *Judic. XVIII.* 7. memoratur.

Interea vero floruit procul dubio ipsorum commercium, auctusque fuit in dies numerus navium, queis merces ad omnes Mediterranei maris accolas circumferebant, rei vero nauticae peritiores evasere Sidonii, et pretium esse coepit insulae Tyriae, quae commodiorem stationem praebebat navibus mercatoriis. Tunc itaque multi res suas denuo in Tyriam rupem transtulerunt, atque illic coepit aedificari emporium, mox ditissimum, et frequentissimum. Quo temporis articulo Phoenices suis in Annalibus Tyrum exstructam scripsere. Id enim testatur Josephus, qui Annales illos consuluit, atque interim *Antiquit. Lib. VIII. cap.* 2. § 3. scripsit; *ἀπο δε της οἰκησεως Τυρου, εἰς την οἰκοδομιαν του ναου, διαγεγονει χρονος ἐτων τεσσαρακοντα και διακοσιων.*

Obstrepit quidem Cedrenus, qui, *pag.* 58. *Ed. Reg.* Tyrum Templo per Salomonem aedificato annis CCCLI. antiquiorem facit: sed hujus auctoritas nulla est, si eam cum Jo-

Josephi auctoritate compares. Ex recentioribus vero Vignolius, in Gallice exarato *Opere Chronologico*, *Tom. II. pag.* 22. *sqq.* Tyrum adhuc multo antiquiorem fuisse affirmat, ideo praecipue, quod Eusebius, in *Chronico*, quendam *Syrum*, confictum ex nomine gentis, cujus auctor fuisset, scilicet! ad annum 3585. Graeci computi collocavit, et quod interim Cedrenus, *pag.* 21. *Syrum* inter Agenoris filios enumeret. *Hunc Syrum* Vignolius pro eodem illo habuit, qui apud Eusebium antiquo istoc aevo collocatur. Hoc itaque aevo omnes Agenoris filios vixisse vult, et Tyrum, utpote ab ipsorum patre conditam, istoc aevo adhuc antiquiorem facit.


Sed Eusebius Agenoris filios haud exiguo temporis intervallo a suo *Syro* separavit; sicuti hunc *indigenam* vocando, satis ostendit, se eum minime pro quarto filio Agenoris habere. *Syro* itaque Eusebii nihil commune cum altero illo apud Cedrenum; conciditque praecipuum argumentum, quo Vignolius tantam Tyri antiquitatem defendere voluit. Hanc ob rem Josephi testimonio freti, urbem demum CCXL. annis ante Salomonis templum in emporii speciem aedificatam esse confidimus.

Forsitan illic jam tunc imperii sedem collocarunt Sidoniorum ceterorumque Phoenicum reges. Tyri saltem jam degebat omnium, quos novimus, Phoenices regum antiquissimus, Hiramus ille, qui legatos ad Da-

vi-

videm misit. Sed de hocce, ejusdemque successoribus, agendum erit in *Historiâ rerum ab antiquo in Oriente gestarum.* Heic loci ultimae tantum Origines Tyriorum, aliorumque populorum, erant indagandae. Quo labore, pro ingenii modulo, exantlato, huic tractatui imponimus

FINEM.



INDEX.

Auctorum veterum, qui in his Actis emendantur, corriguntur, vindicantur, vel illustrantur & explicantur.

AELIANUS 120=125.
Anthologia Graeca. 15. 16. 17.
APOLLONIUS RHODIUS. 162=166.
APOLLODORUS. 326. 359. 360.
ARISTOPHANES. 163.
ARISTOTELES. 268.
ATHENAEUS. 112=120.
Biblia S.
Genes. VII. 11. *pag.* 244. X. *pag.* 259. *sqq.* XVIII. 2. XIX. 1. *p* 305. XXXVI. 2. *p.* 379. XL. 11. *p.* 341. XLVII. 21. *p.* 295.
Numer. XXIV. 24. *pag.* 305.
Josuae XIX. 28. 29. *p.* 395.
2 *Samuel* XII. 31. *p.* 295.
1 *Reg.* X. 11. *p.* 284. XXII. 48. *p.* 280.
2 *Reg.* IX. 26. 28. *pag.* 283.
2 *Chron.* VIII. 18. *pag.* 283.
Jobi XXII. 24. *pag.* 281.
Psalm. XXXII. 9. XXXV. 8. XXXVII. 20. *p.* 293. 305. 307.
Jesaiae XXIII. 1-12. *p.* 275. 291. sqq.

Je-

INDEX.

Jeremiae II. 10. *pag.* 277.
Eſechiel. XXVII. 6. *pag.* 299.
Daniel. XI. 30. *p.* 298.
Matthaei. XV. 22. *p.* 321.
Actor. Ap. II. 9. *pag.* 336.
CALLIMACHUS. 132 = 136.
EUSEBIUS. 327.
HERODOTUS. 1. 2. 3. 308.
HESYCHIUS. 324.
HOMERUS. 134. 285.
HORATIUS. 115. 122. 135. 190. 191.
Inſcriptiones et Monumenta antiqua. 1 = 110.
JOSEPHUS. 340.
JUSTINUS. 390.
JUVENALIS. 191 = 193.
LIVIUS. 20. 194 = 208.
Marmor Arundelianum. 313.
ORPHEUS. 149 = 162.
OVIDIUS. 133.
PLINIUS. 289.
PROPERTIUS. 136 = 145. 187. 211 = 226.
QUINTILIANUS. 125 = 132.
STRABO. 10. 286.
THEOCRITUS. 183 = 189.
TIBULLUS. 146 = 149.
VALERIUS FLACCUS. 166 = 183.
VIRGILIUS. 151.

CORRIGENDA.

Pag.	lin.		lege.
— 1	20	Moſlemio	— Moſlemio
— 5	21	*appemdice*	— *appendice*
— 9	30	alligarerim	— alligaverim
— 10	ult.	Daventrienſii	— Daventrienſi
— 11	6	Curatar	— Curator
— 12	1	ſubliliter	— ſubtiliter
— 16	30	lautaſſet	— laudaſſet.
— 17	ult.	ΘΕΙΑΣ	— ΘΕΑΙΣ
— 19	30	Memenia	— Menenia
— 20	23	*Geneolog.*	— *Genealog.*
— 21	1	dim	— diu
— 22	20	reccoquens	— recoquens
— —	27	loborare	— laborare
— 24	10	Hiſponia,	— Hiſpania,
— 31	12	obi	— ubi
— 42	14	ſatis varo	— ſatis raro
— 43	7	rapetiti	— repetiti
— —	24	negentis	— negantis
— —	21	ΚΑΥΤΟΨ	— ΚΑΥΤΟΥ
— —	33	facilo	— facile
— 44	6	menini	— memini
— 45	27	ΓΡΙΤΟΥ	— ΤΡΙΤΟΥ
— —	30	Graerorum	— Graecorum
— 47	5	ſine	— ſive
— 49	12	*Turnefortit*	— *Turnefortius*
— —	16	mimine	— minime
— 50	13	urorem	— uxorem
— 62	5	allo	— alio
— —	32	*Damonis Folio*	— *Damonis Filio*
— 63	4	apporere.	— apparere.
— —	16	propo	— prope
— 82	9	hanc	— haec
— 91	15	*Graterus*	— *Gruterus*

Pag.

CORRIGENDA.

Pag.		lin.			lege.
—	94	15	obnorias	—	obnoxias
—	96	13	denno	—	denuo
—	122	8	oro	—	ovo
—	139	6	Eleg. XX. *vs.* 26.	—	Eleg. XIX. *vs.* 26.
—	—	24	Eleg. XXI. *vs.* 13.	—	Eleg. XX. *vs.* 13.
—	145	7	Eleg. XI. *vs.* 70.	—	Eleg. XII. *vs.* 96.
—	—	11	ipſa	—	ipſe
—	—	26	verſu 97.	—	verſu 67.
—	148	18	ſuccerrere	—	ſuccurrere
—	162	3	Minerva	—	Minervae
—	216	16	Eleg. I. *vs.* 45.	—	Eleg. I. *vs.* 47.
—	219	8	*pedes*	—	*fores*
—	269	21	Ἑλλ[illegible]	—	Ἑλληνικον
—	287	18	collocat	—	collocet
—	—	22	denegat	—	deneget
—	289	1	*Indorum*, nomine	—	*Indorum* nomine
—	327	15	Euſebium	—	Euſebius



